LVDOVI
CVS VVNACIOLVS PICTOR
FLORENTI MEDICVS S.

LVDOVI

CVS BONACIOLVS FERRA
RIENSIS MEDICVS ILLV
stris de uteri partiumq; eius con
sectione.

EIVSDEM.
Quonam usu in absẽtibus etiamnum Ve
nus citetur. Quid, Quale, Vndeq; pro
lificum semen, Vnde mẽstrua c̃.

IV. 3.

6.

546

Ob. 61. 11. 3389

Vndum in absoluti orbis speciem conglobatũ, æterno ac irregeto ambitu ienarrabili celeritate, atq; incredibili cõcentus suauitate circũactũ, (quem uocula alia cœlati argumento uetustissimi cœlum appellauere,) iure sapientiores pluſq; satis admirari, nemo quisq; ibit inficias. Animãtium autem in eodem natura nullius prope partis contemplatione inferior cẽsetur.

At omnium admirationem nouissima hominum compago structuraq; insigniter præcellit. Quos quom summo illi Opifici omniumq; Opt. cõditori indiuiduoꝝ immortalitate impartire minime placuerit eosdem tamen, (generis miserius humani) successione quadam propagationeq; speciei æternitate donaueri. Idipsum uero similium procreatione humana fragilitas, auidaq; nũq; desinere mortalitas, (uirilibus a Saturno cœli patris iam iam abscisis, in

mareq; proiectis,) maribus fœmellas ine-
untibus, assecuta sit. Vt non mulierum ute
rus, ex quo tam miranda humani generis
machina saberrime ortum traxerit, i supre-
mam omnium admirationem animum a-
gat, fieri qui potest. Enimuero natura rerū
parente, sexuum discrimine, alterum ab al-
tero, quoad eius fieri quit interstinguente.
alter maris, fœminę alter, nomenclaturam
sibi uendicat. Quandoquidem quę ani-
mal gignere queunt, aut in se ipsa prolificā
genituram, aut in alterum, (qua ingesta ani
malia constituantur,) mittere operæpretiū
sit, fœminam quod in se, marem quod in
alterum profūdit, antiquitas proculdubio
nuncupauit. Quo fit, ut rationis quidē
discrimen ita exultet. At quom & facul
tate & munere quodam hæc præter id disti
guātur, accommodato autem ad omnem
officij functionem, instrumēto opus sit, cor
porisq; partes facultatibus, (earum instru-
menta,) accomodentur. Ad prolis quoq;
procreationem & initum, partes aliquas es
se acommodatas, easq; interse se, (quibus a
fœmina mas differat,) dissentiētes oportet
Nam et si de animali toto mas aut fœmina
dicatur, attamen non quauis sui parte po-
tentiaq;, quin certa quadam uirtute et pte,

idem

idem mas fœmina ue censetur. Eiusmodi uero partes. fœminæ quidē uteri & uuluæ, mari colei coleſq; sunt. Quæ in humano sane genere forma inter se longo interstitio abscedunt. Colis namq; a uulua tātum abest, ut eidem nihil cōtrarium magis esse uideatur. Etenim contra q̄ colis plane formata est, Siquidem caua hæc, pubi subdita. Ille foris propensus ac prominens existit. Cæterum homines assidue, (haud perpetuo) suos sibi seruasse sexū dilucide liquet Contra nōnunq̄ conuariare ex fœminisq; in mares mutari, (tametsi rarēter,) neq; dubitatum, neq; fabulosum est. Probatissimorum nāq; consensu mouemur. Proindeq; puerilium hæc deliramentorum commenta esse, (q̄q̄ nihil adeo mirum aliud, q̄ hæc placuisse dīs conspicio,) neutiq̄ existimanda sunt. In annalibus siquidem. Licinio Crasso Cassio Longino consulibus. Casini puerum ex uirgine sub parentibꝰ effectum in desertamq; aruspicum iussu insulam delatum, dignissimos auctores lectitasse cōpertum est. At qui Licinius Mutianus argis uisum a se Aristontem, cui Arestusę nomen prius fuisset. Nupsisse etiamnū, mox & barbā & uirilitatem superuenisse Vxorem q; fauste, (ut fas est credere,) duxisse, prodidit.

Colis proprie hasta & fustis ipsius membri.

Probat homines mutari in fœminas.

prodidit. Eiusdem sortis & Smyrnæ puerum sese nouisse refert. Quin etiam illud satis mirari non queo, quod Plinius in Africa in marem commutatum, qui pridie fœmella fuerat, nuptiarũ die Lucium Cossitium Tisdritanum ciuem uidisse se affirmat. Essent & fabulosa quoq; nonnulla hac de re, quæ ueluti expedientia præfari nos oportere, quispiam existimabit, etiamnum si fide careãt, quandoquidem admirationem impleant, multumq; etiam quod uero superfit confiteri cogãt. Sed ea cõsulto atq; ex industria prætermittimus, tum ne in fronte polita modum excedere uideant, tum etiam quia haud cuncta, (q̃q̃ maxima quidem, & si rara, circa hæc existunt,) miracula instituti nostri describere fuit. Quibus omissis tanq̃ longo postliminio ad muliebria, quæ hominis incohandi, (cuius rationem assignaturi sumus,) domicilia sunt, genitalia reuertamur. quæ ideo prætulimus quia ijs cõmemoratis, non uteri tãtum, sed & conceptionis pariter dignitas ac claritudo astruetur. Quorũ nobis partes partiũq; nomina, non uulgari modo, uerum & uetustis, & postea inuentis omni cura perquisitis, causaq; ac rerum ratione simul eruta nunc tractabuntur. Nam eorum resecti

Plinius

onibus

onibus ad integrum perpensis, eo perduci uidebimur, ut spectatæ illius procreationis causas & modum, ac deniq; quicquid de hac ipsa, quam quærimus re, edoctum nobis deprehensumq; sit, in medium nos auspicatius promulgaturos arbitremur.

Principio autem concinna serie cõtemplatione hac nobis pars illa, (quam pudendã appellant,) tractanda sese ingerit offerturq; Quæ non uel a ualua porta, uel a uolendo eo q; insatiabiliter coitum uelit atq; desideret ut uulgus retur, (quantum mea fert opinio,) uulua uocanda est. At eam paulo altius, (ut perpensio hæc Barbarorum offensam deprecetur,) rerum luce repetita, pandendam duximus, quando nihil quidem mihi unq̃ potius fuerit, q̃ ut huiuscæ obscænæ rei & singulas partes, & latina illarũ quæq; nomina aperirem, quarum, ut aiũt, apud græcos uoculæ & tolerabilius se habent, & acceptæ iam usu sunt, at obsoletiora fœdioraq; apud nos omni ferme mediorum uolumine famineq; uerba insolentius iactitantur, ne uerecundius quidem loquentium assuetudine quappiam cõmendata. Quo fit ut explanatio hæc, & pudorem simul, & artis præcepta seruãtibus, difficilis euadat. Neq; tamen ea res a scribẽ-

Vulvæ descriptio.

scribendo me deterrere debuit, quandoquidē hoc mihi curæ fuerit, ut uel omnia, quæ frugi accepi comprehenderem. Porro muliebrem naturam, genitale muliebre, os genitale, partem hanc pudendam nuncupari uidimus. Os genit. Cui carnis tuberculum hiulcū bifidūq; puberibus maturitatis indicio pube intectum honestatumq; prominet In cuius medio tuniculam utrinq; adesse luce clarius est, hæc ipsa & Nympha & Cleto-ris uocitatur. κλητορίς Qua equidem uulua intus ita ut in maribus pars pœnis, quæ glans dicitur, præputij tergore tuetur ac custoditur. Pœnis Quamuis Aristoteles cutem eam, quam modo præputium diximus, (etenim eo uocamento. Iuuenali in iudeos occentante. Iuue

Nec distare putant humana carne suillam
Qua pater abstinuit, mox & præputia ponunt.

Nulla, (ut reor,) uerborum nouitate, (cognominasse fas fuerit,) nomine uacare, totum quod ex ea cute glandeq; cōstat prę putium appellitans (Theodoro interprete) crediderit. Quod ideo primum aures pe culit, in erroriscq; suspitionem animum pe-pulit. Plinius quoniam Plinium toti⁹ latinitatis parentem, eam membri partem nominitantē principia genitalium, non præputia appellitasse cōstat, ijs uerbis lino uł papyro prin-

cipia

principia genitalium, fœmur medium, ad cohibenda urinę profluuia. Quando ei (quippe qui breuitati ſummopere indulſerit,) præcipua peculiariq; uſu uocula, id cũ facillimum, tum etiam, (ut exiſtimo,) elegãtiſſimum admodũ fuiſſet. Dein quia Hippocratis ſententiarum uerbis in latinũ ſermonem eodem autore uerſis ſcribitur. Hipp li. 7. Apho 28.

Quum præciſum os eſt, aut cartilago, aut genæ particula tenuis, aut præputium, nec augeri, necq; coaleſcere poteſt. Qua de re tametſi apud graios uocabulo ea pellicula careat, qdni apud latinos ęque uacare haud ſatis conſtat. In hac quoq; parte uerenda atq; fœmoribus ueneris ſedem poni in apto eſt, pudendæ namq; partis attrectatione uehemẽtem excitari libidinem quem latet? Hæc adeo aſpectu horrenda, obſcænaq; uiſu cenſetur, uti defunctarum etiam fœminarum cadauera. (earũdem alioquin pudori parcẽte natura,) prona fluitent, quando uirorum contra ſupina, quippe quorum natura, prona haud pudeat. Cui ſane rei phyſicam, (me iudice.) rationem oppido q̃ ſuffragari patrocinariq; clariſſime dilucet. Nam mulieribus uentris alueum intercapedinemq; ampla, atq; uaſtiorẽ admodũ, cum ob uiſcera, tum etiam ob grãdiorem

fœtum,(ſi quãdo eas utero graues fieri ob tigerit,)continendum,prouidam conceſſiſſe naturam,uel re ipſa quiſq; (modo ne mẽte captus)compertum habere poteſt. Qui quum aqua,per muliebre potiſſmum genitale ingrediẽte,expleatur,turget, extuberat ac denicq; ad ſummum faſtigiatur. Et ob eam rem ſupinam partem prona impẽdio grauiorem effectam,ſuopte ingenio ſuoq; nutu,perinde ac ſi in lancibus æquato examine penderet,deorſum trahi,præſertimq; præponderantibus ſubinde mammis eodem decumbentibus, iure obſeruatum eſt Cõtra uiris ampliore ſpacioſitate caueaq; neutiq; indigis,anguſtus perexiguuſq; uenter eſt, qui etiamnum aqua ſupra modum oppletus,& incertiorem faſtum erigat, & ſpinæ coxendicunq; oſſibus, (iſs quidẽ ualidiſſimis,)minus proculdubio liberet.

Quandoquidem nec prominẽs extet, neq; mammulæ,(quæ iſs tantillæ ſunt,ponderis quicq; penitus afferant. Ex quo euenit,uti eorundem cadauera ſupina, (utpote quæ reſupina parte inſigni tãtiſper pondere preſtent,)præpote naturæ ui urgente fluitent Mulierum uero ori genitali nympham utrinq; admotam, rerum naturam eo progenuiſſe,quo primo hoc munimento aera-

ac

ac cætera quæq; extera officere ualentia ar
ceãtur, credi par est, hęc itaq; extima ac om
nium prima pars uniuersæ plæbis consen
su ita dispositæ est. Nobis autem intima
penitioraq; diligentius admodum scrutan
tibus, ceruicis os aliquanto præstantius, in
tra Cletorem muliebri genitali annexum
obiter occurrit. Subinde ceruix ipsa, (ceu
pars finitima,) quæ uuluæ canalis, & ab A
ristotile etiam matrix, dicitur. Ab intimo Aristo
qua uterus desinit ore, prolifico maris semi
ni accessum præbens, aduscq; muliebrẽ na
turam recto tramite protẽsa ceruicula hæc
incohat efferturq;. Verum ob sui cõstri
ctionem in non nullis mulieribus ad dex
terum in non nullis ad læuum magis col
labitur. At quoniam humidi excremen
ti suo genitali sexus uterq; exitum submi
nistrandũ habet, huic uesicæ foramine dire
cto peruius meatalus neruosus cartiligi
nosusq; parte supera adnectitur. Quæ locꝝ
a renib9 ad uesicã per uenas, quas uriteras
græci, urinarios meatus latini cognominãt
delati fistula intra muliebrem naturam sita
Nympha fatiscente uisitur, hinc muliercu
larum lotium occursante impetuq; collisa
Cletore magisq̃ uirorum intermingẽdum
persirepit Etenim iter idem esse humidis

excrementis

excrementis & menstruis, ut fœmellæ omnes prope dixerim sciolę existimant, quem admodū lotio ac seminali recremēto, (quadā tenus,) in maribus minime opinādum est. Iis siquidem foramina duo, quorum alterum ad testes, alterum ad uesicam tendat intra eandem semitam conuia esse deprehenduntur. Sed uesicæ fistulæ foramen humidis recrementis, mensibus uero uteri ceruix illi contermina in mulieribus, egressum suppeditat. longitudo cuius palma cō muni usu consumitur. palmam hercule q̄tuor digitorum spacium intelligi uolo, uti ex Vitruuio architecto tertio. Homo ex sex pedibus, cubitus ex sex palmis & digitis uigintiquattuor. Quę sane magis minus ue secundum corporis molem corripitur. atq; protrahit. Amplitudo uero quæ colem capiat. Carnosa admodum, cartilaginea, ut partus tempore fatiscat, dilatetur plurimum, atq; contrahatur. Modice obdura, ne transmutationibus ijs, passioni cuipiam obnoxia, (quod alioquin facile contigeret) euadat Proindeq; ut concubitus tēpore genituram excipiens. tantisper opportune attollatur. Quandoquidem immodica mollitię, partibus quibusdam eleuatis alteris concidentibus, anfractus sinuosq; p

lifici

prolifici feminis citum ad uuluæ grandio-
rem sinum transitum prohibentes, molitū
iri cognitum sit. Quod si nō celerrime hau
stum fuerit, longiorem in ceruice morā tra
hens spiritu gignitiuo ociſſime halante, ge
nituraq; tepore suo prorsus priuata, haud
quaquam concipi posse, ecquis dubitat?
Incommoda fere totidem immodica duri-
cie acciderent. Huic spærica cauitas, irru
gosa est, ut pœnis subingressu tētigine, (ob
lectamenti causa,) afficiatur. In cuius confi-
nio neruosa exilitas colligationibus, uenu
liscq; tenuibus ex adiacentibus particulis ex
ortis dispersa contextaue, minutissimis ma
culis interstincta, inuenitur. Quæ integræ
uirginitatis testimoniū affert, hāc Eugion εὐγεωρ
uel Hymen uocitāt, e qua coitu primo sciſ- ὑμὴν
sa cruorem emanare apertissime constat.
Quæ tamen membranula non minus per-
inde atq; cancellus quidam uuluę ostio ob
tenditur, quod post ceruicem mox ordina
tur. Porro nonnullæ subdolæ fallaciosæq;
sunt, quæ uiciatæ genitalia ex polycaria, pu Fomentum
legio, agnocasto, æquis portionibus, discoc- Vulvæ vitiatæ
cta aqua foueant. Demum cōtritum ex
uino austero, alumen in lana naturæ subla-
bient. Atq; ita præsentaneis ijs medica
minibus post multos cōcubitus eas partes
surrugātes

furrugãtes, adeo callide exilitates illas effin-
gant. ut inuiciatæ rudioribus admodũ ap-
pareant. Vteri itaq; os (internum illud o-
stium, qua loci desinunt & ceruix incohat
inteſtigo,) eatenꝰ neruosum existit, quo ex
cellẽtiori sensu coitus tempore summe ob
lectet. modica duritudine affectum, simul
enim uterus seminis iaculationem intra se
susceperit, uniuersum alueũ cotrahere, atq;
os ipsum fugillare opus est, atq; ut ob im-
modicam duritudinẽ uuluæ os haud qua-
quã conniueat plane constat. Quin etiã
immodica mollicia partibus alijs super ali
as cõcidentibus in uterum opportuna ge-
nituræ subitio iaculatioq; inhiberetur.
Glandosum insuper est instar glãdis penis
mucronatum, foras in ceruicem inęquabi-
li sua turbinata facie admodũ oris catuli re-
cens æditi prominens. Cæterum uuluæ
ostij atq; ceruicis creandæ soboli, nimia sa
gina plurimum obesse apertum est. Nam
pinguedine ijs, quæ supra modum uberes
& impendio curatiores habiti oresq; sint,
uuluæ os comprimitur atq; stipatur, quod
Hippocrates ita prodidit. Quæ præter na-
turam crasse concipere nequeunt, ijs uteri
os ab omẽto cõprimitur, itaq; impleri do-
nec extenuentur non possunt. Quorũ

poeta

poeta non ignarus de equino genere ita ce-
cinit.
Sæpe etiam curſu quatiunt & ſole fatigãt
Cum grauiter tonſis gemit area frugibus, Verg.
& cum
Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur
inanes.
Hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior uſus
Sit genitali aruo, & ſulcos oblimet inertes
Sed rapiat ſitiens uenerem, interiuſque re-
condat.
Licet alias quoq; cauſas quibus id ipſum
inhiberi queat quas etiamnum obſeruatio
cumulate deprehenderit eſſe nõ ambigam
quas ſecuturus ſermo attinget. Deinceps
uero uterus curioſius introſpiciendus eſt.
Quem nominibus aliis, utriculum, uuluã,
mulierum ue locos, ac matricem, meliorũ
conſenſu appellare liceat. Quod ſi Colu- Columel
mella prodiderit. Nam & octies anno pul-
los educat. ſi eſt bona matrix. & item: Igi-
tur cui placebit ſequi noſtra præcepta con-
ſideret oportet, primumq̃ multas, ſecundũ
cuiuſmodi parare debebat matrices. Rur-
ſum ſint ergo matrices robuſti corporis, q̃
dratæ, pectororoſæ, magnis capitibus.
Quibus per matricem fœminam, quæ fœ-
tus gratia teneatur, non uterum ſignificaſſe
uideatur

uideatur. neutiq; tamen Columellã nomen id eam habere ſignificationem pernegaſſe exiſtimandum, utpote a probatiſſimo autore Macrobio conceſſum. At pro toto partem poſuiſſe credendum, quod frequenter ab auctoribus factum fuiſſe reperies.

Vter

Vter etiamnum pro utero apud Cecilium legitur. Nunc uter creſcit non poteſt celari. Sed de uoculis ijs hactenus. De re ipſa ita differendum. Offium quorundam prius digeſtione atq; poſitura cõciſſim cõmemoratis. Porro ima ſpina (quam caudam appellitant, in coxarum oſſe deſſidit, quod tranſuerſum longeq; ualentiſſimum uuluam, ueſicam, ſubrectum inteſtinum, (quod longaonem, plericq; aluum uocitãt,) tuetur. ab exteriore parte gtbbum, ad ſpinã uero reſupinatum, a lateribus ideſt in ipſis coxis ſinus orbiculatos optinet, a quibus os, (quod pectinem latini, os ſacrum iuniores me iudice cognominant,) ſuboritur. Quod ſuper inteſtina ſub pube tranſuerſũ uentrem conformat. In uiris rectius, in fœminis in exteriora magis, (quo ſecius partui impedimento ſit,) recuruatum conſpicitur. Vteri itaq; poſitura inter imam ſpinã & ſumen ultra ueſicam, infra mediam aluũ habetur. Ab umbilico enim paululum ue

Ima ſpina

Subrectũ inteſtinũ

Os ſacrũ

ſupra

ſupra ad ſuæ ceruicis initium uſq; extendi-
tur. Quare infra aluum ſitus. Tum a par
te priore ueſica eidem iuncta, preſertim uer
ſus ceruicem, quandoquidem uuluæ am-
plitudo ueſicam, (tãet ſi hominis propor-
tiõe, q̃ cæterorum animalium amplior ſit,)
ſuperemineat, qua parte ab eadem minime
tegitur, lateraliter coxarum oſſibus recurua
tis, poſtice ima ſpina ſubrecto, intercidente
inteſtino circuitur. Quod) ne facile, ho-
mine iam inchoato, quom intumuerit du-
riori materiei innixus oblæderetur,) ueluti
ſtramentum eſt. uper quod, (ſpinæ, ilibus
fœminibuſq; ualidioribus uinclis annexũ)
nõ ad dexteriorem magis ſiniſteriorem ue
coxendicem conuerſum progredi plæriq;
rentur. At diligentiores, paulum ad dex
teriorem coxam conuerti ſcriptitaſſe in ap
to eſt. Quam illi regionem, (utpote ad ex
cercendam uenerem commodiorem,) pri-
mam rerum cauſam ſummumq; deorum
Iouem delegaſſe eſtimandum. Quin etiam
uulua arteriis cordi iecinori uenis, cerebro
dorſaliq; medullæ, neruis, præcordiis item
mammis, renibus, uentri, coxẽdicibus, pu-
bi, cunctis iis una committitur. Hæc in uir
gine admodum q̃ exigua uiſitur. In euir-
ginatis autem mulieribus ue atq; uiciatis

Biblioteka Uniwersytecka Toruń
BIBLIOTEKA GDAŃSKA

(nisi ubi uterũ gerant,)non multo maior q̃ manu comprehendi queat. Verum quãtitas hæc ambigua indiscretaq;,(ætate,temperatura,uenereorum usu, multiebrium,p̃fluuio,fœtura, & adhuc fœtuum una conceptorũ numero,corporis proceritate con uariantibus,)censetur. At qui neruaceæ materia persimili,pelliculosa.(quippe quæ ad puerperij unius uel plurium magnitudinem extendi posset,)uerucosa cauitate, pollicari crassitudine,constat.Locos etiam num partibus duabus extera scilicet membrana,(ijs operimento,)obducta,atq; interna tunica contineri, cuiq; usignaro obuiũ cognituq; facile est. Tunicæ huic uilli per longum porrecti,(quos medicæ rei professi longitudinales uocitant,)insunt,qui admodum pauci existunt,eo q; illis uiri duntaxat genituram,(facillimum quidem,)attrahere irriperecq; necessum erat. Sunt & uilli per trãsuersa ducti transuersales appellati,quos sane in hac ipsa redundare operę pretium fuit, quandoquidem ijs ipsis & iã rapta genitura detentum itura foret, simul & fœtus toto temporis tractu a conceptione,ad partum usq;. Quin etiam & illi in latum deductos,(qui latitudinales nominitentur,)ineſſe liquet. Quibus partus fœ

tura-

fœtura absoluẽda est. Etenim excretiua ex pulsoriaq; uis illis insidens tantisper exercetur. Et ob eam rem si uterus duas eas partes complexus in uniuersum spectetur. quadrangularem orbiculatam figuram præ se fert, amplitudo cuius ad ceruicem coangustatur, qua sui parte ima canalis effertur. Ob id cucurbitæ utrinq; paulum depressę sarcte speciem representat. At extima membranula exempta, internam tunicam obseruanter multoq; uigilantius delibare libet, cui sinus gemini, alter dextra, læua parte alter, leuiter discreti sunt, ad unam utriusq; cõmunem ceruicem coeuntes. Quos planicies quædam intus semitæ perq̃ similis seperat. Ii in animalibus cæteris foras animal ædentibus, papillarum numero respondẽt hinc antiqui uterum matrices, (perinde ac si duæ forent,) appellauere. In sinu autem quolibet exigui tres scrobes, tum in medio unus, rugositatibus duntaxat quibusdam interstincti, (quæ cellulæ a recẽtioribus cognominantur,) tristius confossi comparent. Vnaquæq; insuper fossula decem rugositates septuaginta consurgent, hinc puerperia totidẽ simul concipi posse plericq; autumãt. Nulla de caua seu uẽtrem habente, (quam chilim uocant,) recto uiæ itinere ad uulua

ἄορτὶ uena obrepit. De ahorta uero, (quam corrupto uocabulo adhortam nominitant,) complures frequentesq; perrendunt. Cæterum extrinsecus canalis parte superna qua uulua prefinitur, & ceruix incohat utrinq; testis conspicuæ magnitudinis cohæresçit, unº dextro, alter læuo lateri æqua sorte, creditus, non minores multo ijs qui uirorum sunt, duriores tamen. Materia ijs glandosa est. Non etiam perfecte sphærici, at sicuti sphęra ex utraq; parte leuiter compressa extant, a marium testibus dessidetes, eo quia intus matricis ceruici hęrēt. Ex aduerso maribus foris propensi demissiq; geruntur. ij in cōceptaculum unum, (quod scortum serotum ue nostri, oscheon græci, imperitiores plerisq; perperam didimum uocitant,) coniectos gerunt. Illę duobus distinctis in uolucris obductos habent, quos solertissima rerum natura eo procreauit, ut saliualē quendam succum qui mulieribus oblectamini esset molirentur, supra hos deinceps binæ Atennę. lateri dextro una, altera lęuo admota, perinde atq; addimenta duo, tenduntur, (quæ matricis cornua nuncupāt,) proptera q; cornua duo suis pcessibus dilucidē effigiare uidetur. Etenim qua parte utero adnectunt pleniora sunt atq; crassiora,

ὄσχεων

tum

tum ad ilia coxendicesq; procedētia minu
untur ac attenuantur. Quæ etiam dum ue
nerea exercentur, ut ceruix et loci, prolificę
genituræ heluones, insigni tantisper ampli
tudine ad eandem uorandam dehiscant, p
tinus ab initio extenduntur. Postremo se
minariq; pori, fœmellis omnib9 ad hūc mo
dum digerundi sunt. Venales gemini me
atus de aborta uena flexuosis orbib9 ad te
stes perrendunt, aliq; totidem a renibus eodē
de ueniūt, sed q sanguinolenti, illi quos mit
tit aborta exangues comparent. Qui om
nes circum duos iam dictos testes progres
si sese flectunt, mox cornua subeunt, subin
de passim in tenuissimas fibras funduntur
frustranturq;. Quarum pars maior, ramo
rum serie sparsa ad uterum deueniunt, sub
stantiam penetrāt, uti oribus earum accep
tabula efficiantur, quæ græci coiylidones appellitant, quibus partus per umbilici ra
dices, (ut infra monstrabimus) utero ualen
tissime committitur. E quibus genitalis
quidam succus, crassus albus. oui candido
liquori q̄ simillimus ad cōceptum necessa
rius omnem plerunq; citra libidinem, par
tim in dextrum uuluæ sinum. partim in lę
uum profusus intus colligitur. Nec minus
ex eisdem menstruæ purgatiōnes prodeūt

κοτυληδών acetabulū

Ex ijs quidem rubentia membra qualis ca
ro est, ex illo uero mariscq; genitura solidio-
ra, (quæ spermatica nuncupantur,) constru
untur. Pars altera uuluæ internum ostiū
adeunt, unde inutile uirus ac uiciato simile
quem supra saliualem succum uocabam9
incredibili, (ut fama est) uoluptate exiliēdo
ac per saltus haud secus q̄ uirile prorumpit
tanto in pleriscq; impetu ut marium more
longius prosiliat. Adeo q; intra uuluam
omni quandoq; uoluptate intercepta, resta
gnat, magno naturæ abscedens interstitio.
Hoc utile & ad prolis creationem necessa-
rium Galenus, illud inexpediens atq; irritū
Auer philosophoꝝ princeps Aristoteles, cui cor-
dupensis annuit Auerois, asseuerat. Mox
e tenuissimis his fibris cum per uterum, tū
per uteri ostiolum passim confusis, geminę
altera dextrorsum, altera sinistrorsum, uenę
repullulant, quæ internam abdominis mē
branulam, (quam peritoneū græci mirach
Barbari nominant,) subeūtes ad mammas,
singula ad singulam, sese attollunt, menstru
Obictio um sanguinem concoctione in lac uerten
dum ijs suggerentes. Cur autem uuluas
R mulieres omnes intus gerant, uiri contra
coleos foris, forte ambiges. Causa est, quo
niam quom quod gignitur, utero continę
atur

contineatur idq; custodiam operimẽtum & insignem concoctionem delideret, (quibus interior locus aptissimus censetur.) exterior uero corpis locus et algidus & cuicq; offensioni expositus atq; obnoxi9 magno pere extet hinc uteri non modo mulierib9 uerum & animalibus omnibus intus sunt Testes extra in propatulo uiris habentur. An propterea ut rei uenereæ impetum magis sustinerẽt, minusq; proni fierẽt. An qa, quo ijs quoq; genitale semen perficere, atq; foras profundere opus fuerit, meatu p quẽ excernitur perq; proximi sint oportet quo minus longiori itinere gignitiua uis abolearur obliteretur q;, ac prorsus irrita reddatur. At quoniam ut frigentes & gelidi retrahi ac genituram emittere queant haud fieri potest. hi operimento indigos cu eũ uelamen contegit, ex a nobis horum causæ assignatæ sint omissis quæ præter hęc ab Aristotele in ambiguitate ista altius exordiendo excutienda responderentur. Non enim omnia philosophię penetralia in proposito nobis est in præsentiarum explicare. Sed peropportune penis pri9 q; uterus nobis contemplandus ꝓtinus ab initio occurrisset, ne tanq; nimium curiosi. aliena prius, q; nostra exquisiuissemus. Attamen quia

non nisi de mulieribus (utpote quibus cele
brãda generatio destinetur) instituti nostri
tractare fuerat. iccirco in hunc usq; locum
de ipso uerba facere distulimus. Cuius e
quidem resectionem recẽsere. consulto. (ne
uerborum impuritate atq; obscænitate ca
stis ac pudicis auribus execrabilis uideret)
prætermisimus. Et ut cætera reticeam⁹.
hoc tamen unum minime prætereundum
silentioq; inuoluẽdũ duximus, ipsũ quoq;
expediens atq; necessarium ad auspicatio⁹
rem generationem fore. Atq; ob id quom
plura homini ad uitam etiamnũ necessaria
membra insint, hoc nihilominus solũ (usq;
eo huic gignendi uis inoleuit membri no
menclaturam optinuit, adeo quod quom
absolute dicatur membrum uirile intelligi
uolimus. hoc ob fœcunditatem ei antiqui
tas iure tribuit. Vnde haud immerito pria
po hortorum curam assignauere quando
quidem horti. (irrigui præsertim) cæteris a
gris perpetuo fœcũdiores fertilioresq; ex⁹
istant. Qui ergo uuluæ resectiones ac ple
raq; cognitu spectatissima diximus. Iidem
quid in ipso homine ad sufficiendam pro
lem insit. ceu i notitiam nostram uenit. sub
iicebimus. quidni minime Quin omnem
(quando ita decretum sit. minorem gratiæ

q̃ scientiæ procreationis respectum habere lice fastidij periculum urgeat, operam inlu memus. In quibus quidem fides tãtum au ctores appellet. Quãq̃ & nos ipsi proprij iudicij consensu ita eligere laborauerimus potiusq; rerum curæ, (peritiorum more,) q̃ copię institerimus. Magnus tamen hic profecto, ac longis anfractibus ambiguitatibusq; fœtus in tempore nos locus inuitaret. Principio ex mulieribus. ex uirisque cur nonnulli prorsus improles existant, adeo ut priuatim quædam corporum dissotiatio & inter se sterilis compareat. Mox ubi seiuges cum alijs iunxere, & qui modice quoq; tum uiri tum fœminæ constent, quauis cum male temperatis socientur,) assidue gignant? Et cur qui immodice ac commodentur cum obuersis duntaxat coeuntibus sobolem præstent, alioquin minime? cur etiamnum pleriscq; iuuenta sterilis cur alijs quibusdam semel in uita gignere detur. Demum sterilitatis difficilis ue cõceptionis cum causæ & inditia, tum potissimum pręsentissima præsidia commemorãda forent. Ni id in eo uolumine, quod de egrotationibus a uertice ad usq; pedes per ætates accidẽtibus, (quippe cuius locus ille sit, ædere, (quõ iã cœperimus (cõstituimus

munus ordinatius cohibiliusq; assequi nobis reliquerimus. Atq; quadantenus procedente famine obiter quo ad opus fuerit, pertingemus. Illud quoq; admonuisse p q̃ necessarium mihi uideor. Neutiq̃ singulis mulierum uel etiam enixarum puerperorum, que langoribus quemadmodū apte occurratur, instruere curæ fuisse, quo secius ob inscriptionem admodum festiuiorem, gallinacei ut aiunt lactis haustum in opusculo sperare posse fortassis tibi tute suadeas At pręgnantiū non undiq;, quin immo quantum res ipsa popoſcit, a partu omnibus pene intactis, (utpote quę alienis implicanda locis haud quaq̃ sint,) ualetudinis auxilia, (pariterq; perq̃ multa prorsus, omittens,) contraxi, ac ceu breuiario collegi. Qua in re ego nempe, non quæ uulgo populatimq; agrestis quisq; nouerit, sed quædam haud omnia ueritus, ne admodū q̃ externa aut forte inefficabilia fidem derogent, paulo obsoletiora nouitate in præsidijs præualente, ex locupletioribus impendio solitiore diligentia hæc secuti passim excerpsi, huc pertinet illa Hippocratis, admonitio. Quæ longo tempore assueta sūt etiam si deteriora sint, minus infestare solēt, q̃ quę nō sūt assueta. Igit ad iniueta quoq;

Hipp li. 1 Apho. 05

mutasse

mutasse conueniet, inquit. At proculdubio quæ quotidie in usu sunt, ꝑdesse quõ opus est, æque q̃ nocere desinunt. Maximũ autem in ꝯsdem naturæ restat opus, quandoquidem prouentus tantum adhuc quasdamq; summas tractare in animo sit. Ne uero singulis medica singula serie digesta rebus cõtexeremus, iusta præmonuit ratio quoniam ad alios medendi desideria pertinerent, longis utriusq; dilationibus ii admiscuissemus futuris idq; facillime affuturæ ambigi potuisset, nec tibi augustissimę Ducissæ, nec illis examussim satisfactum. At quo minus omnibus horum omnium ignari expertesq; uideamur, posti hæc prima annuente causa, secundante, aspirante, suis quæq; partibus constabunt, poteruntq; a uolentibus ꝯs illa conferri iungiq; Sed iam cœlestibus hinc auibus ac fœlici afflatu cõceptionis reliqua instituto congruentia aggrediamur, a confessisq; hoc est genituris et mensibus, ut obiter rebus præcipuis honos in primis habeatur exordiamur.

Quonam

QVONAM VSV IN ABSEN
tibus etiamnum uenus citetur, Quid Qua
le, Vndeq; prolificū semen, unde menstrua
quot annos mulieres, quotq; mares, nati
hæc emittere incipiant desinantue.
Quibus uirginitas deprehendat. Qua posi
tura concumbendum. Quibus præludijs
uiolatis succurratur.
Qua digestione fœtus procreetur.

NVnc de hominis generatio-
ne differendum est. Quo nā
igitur pacto gignatur, quo e-
iam primo mouente, & qua
li materia id efficiatur proce-
dendo explicare conabimur. Generatio-
nis namq; (quippe cuius gratia sint, marē
Mas & fœminam, (ut retulimus,) illa potiss mū
principia quis statuerit. Marem ut quod
Fœmina motū ac generationis originem magna ex
parte optineat. Fœminam ut quod ma-
teriæ. Hercules cum hæc illum ad genera
tionis officium iungi, idq; ambobus com-
mune esse inconfesso est. Quam rem ita
se habere præcipue credes. Si quid qua-
le quemadmodum undeque genitale se-
men fiat intellexeris. At qui quonam eti
amnum

etiamnum tempore, modoque ex mare ac fœmina prodeat neutiq̃ latere oportet. Enimuero quod pars ea de fœmina mare que ſecernatur,& in ijs,atque ex ijs ſecretio hæc fiat,ac ideo marem & fœminam generationis principia conferre,perſpicuum eſt.

Quæ quidem ſecretio,utrorumq; coitu in quo ſexuum premiſcentur confunduntur q; uirtutes, plane abſoluitur,tanta tamque admirabili utriuſq; plerumq; uoluptate,ut etiam ſolo rei concupitæ conſpectu uir mulierque, (uoluptatis qua olim geſtirent memores,) mirum inmodum in uenerem agantur. Hæc autem a natura ita inſtituta ſunt,ne humanum genus periret. Namq; ſi præter id,quod mulieres uterum gerentes graũantur,parturientes perdolẽt, puerperij ſolicitudine enutrientes occupãtur, initum abhorrerent, genus profecto hoc terris ociſſime adimeretur. Ab anima autem hæc ipſa prodire nemo diffitere tur. Et ob id quatuor in concubitu neceſſaria fore aſſeuerant, imaginariam cupidinem,affluentiorem ſuccum,ſpiritalem ſubſtantiam,ac flatuoſam materiam. Primum ab iecinore,a cerebro potiſſimum atq; corpore toto ſecundum,tertium a corde,a calore humidum in flatum demutante ad genitalia q;

Accedũt 4 ad concubitum

genitaliaq; dirigente quartum, prodire nõ nulli tradunt. Quo circa cupedia ex deprehenso rei concupitæ ac delectabilis simulacro cocitata, (quod incohans primum est,) pertuberat uehementerq; glisci t. Demum inanem spongiositatem, quæ in medio glãdis colis comparet cupidinis spiritus confestim subit. Deinceps uero uis alia quæ huic obtemperat, genitalis seminis materiã descindens, ad seminarios meatus, (peculiari titulatu excitatos,) expellit. quo quom te tenderit, humoris portio calorifica causa fumigans, in flatum uertitur. Quod genitalia extenduntur, uirorum sane intumescunt rigescuntq;, fœminarum uero fatiscũt atq; extuberant. At mulierum minus q̃ uirorum genitalia afficiuntur, multo enim flatu existente, penis perinde ac si esset osseus obdurescit, quæ omnia etiamnum inuisis absentibusq; euenire luce clarius est.

Seminis uero, (cuius sane cognitio quum ad plura loca, tum uel præcipue ad hunc pertinet,) materia, ultimi atq; utilis alimẽti excrementũ est, quõ enim ex digesto ulteriusq; modo quodam concocto sanguine pars quæq; alatur, illud quidem ex eo, quod mẽbris apponitur, unitur atq; prorsus assimulatur genitura esse nequit. At quod ex eo

ñs membris superfluit, quod ultimum in membra digeritur, expediens tamen, quã doquidem substantifici coralis succi superuacaneum sit, quod in membrorum substãtiam, (tametsi aptissimum foret,) demutatum non sit, ob eam rem quod particulæ nullæ eo indigæ extent, quippe quæ redundantem alimenti quantitatem hauserint, id inquam ñs opipare altis, quod supereſt concoctum recrementum semen appellamus, quod a sanguine nihilominus secernitur. Incoctum uero aut ui emissum, quopiam Venerea re supra modum abutente cruentum admodum iam huic prodñt, ut plerunq; nos ipsi, ac prẽsertim dum hẽc scriberemus & uidimus & recurauimus. Ob id corporis superuacaneum alimentũ esse plane constat, crassum glutinosumq; generationi necessarium, quod solidiorum membrorum materia efficitur. Illud tamen primum de genitura maximæ questionis ac pene incertæ quispiam dubitauerit. Crassa albaq; de homine prodit, mox refrigerata humens ad aquæ tum speciem tum colorẽ redditur. Etenim ea uel aqua uel terra ut utriſq; cõstat. Porro terra aut aquę terræq; mixta, pbabili ratiõe eẽ neqt, quãdoqdẽ algore tota, ppe dixerim in humorẽ & aquã

resoluatur

resoluatur, atq; a ueritate eminus aquã dũ taxat esse putaueris, maximo argumento, q; aqua calore minime crasceſſit, frigore prompte congelascit. Ex aduerso semina le recrementum, e calido loco crassum pro ficiscitur, refrigeratum humescit. Verum quoniam & quæ spiritu aquaq; constant, ceu spuma, non modo quæ prætulimus, et crassantur & albescunt, quod in pleriſq; cõ cussu attrituq;, ueluti oleo & id genus mul tis, conspicere licet, semen quod neq; aqua tantum, neq; terra aquæ terræque mixtum extitit crassescere nemo quisq̃ miretur. Nam & spissum & albore suffusum inter no calore multum spiritus calidi continẽs exeritur. At egressum extemplo calore euanescente, aereq; inalgescente, humidum atrũq; euadit, quippe quom aqua et si quid parum terrenæ portionis optinet aere nihi lo secius algidiore introcluso remaneat. Igitur quatenus spiritus & aquæ cõmune est, instar eorum quibus aeris plurimũ im miscetur, calore & albedinem dilucide ape rit, & crassitiem contrahit. Contra algo re tepore ipso halante humescit ac liquescit Neutiq̃ congelascit aere incongelabili con tẽto. Proindeq; huiꝰ geminas esse ptes dili gẽtiores cõcordes cõcesserũt. Vna spirituo

sa est

est,altera crassa & tenax. Que sane,(utpote quæ alimentaria sit,)ab ea potissimū parte quæ alimoniæ principium existat,quale ie cur est,præcipueq; ab caua ei⁹ uena(,quippe quę materiæ illius insignem atq; impendio maiorem copiam optineat,)proficiscitur,quæ si aliquam ob causam in ea defuerit,ex alīs,(quæ abscedunt,)partibus trahitur,inditio est,emissionis tarditas Ex corde quidem per arterias, ex iecinore per uenas ex cerebro;(q̄q̄ uberius,)per uenas arteriasq;.Sed ex oculorum sede potissimum,quę omnium capitis locorum maxime seminalis existit. Quod hinc discas licebit,quom per uenereum coitum ipsa dūtaxat immutetur, ac rei uenereæ immodico usu ocelli aperte langueant subsideantq;,quando nō dum cæterarum partium uires flaccent.Ex ijsinq̄ omnibus ad seminarios meatus & ad coleos tandem defertur.In quibus diuinam illam generandi uim suscipit. Etenim uitalis genituræ spiritus a corde decisus testium uirtute gignitiuus fit,ex quibus in uiris ad colis fistulam,in mulieribus ad uuluę sinus supra explicatos illa delabitur. Plurimam corporis proportione homo emittit. At qui natura humidiores nec admodum carnosi,candidiores etiamnum q̄ fusci

uberiorem reddunt. Illud quoq; æque perpetuum est, protinus a coitu hominũ uirus genituramq; omnibus albam esse. Nec audiendus Herodotus, qui æthiopes genitura atro colore promere prodiderat, quã doquidem genitale semen album & crassum (si integrum sit) egrediatur. At tenue nigrumq; totum foris efficitur, nunquam id gelu concrescit, immo admodum extenuatur, atq;, (uti modo diximus,) aquæ cũ cum substantiam, tum etiam colorem contrahit, calore contra coit crassescitq;. Et quod de utero iam aliquandiu in eo immoratum defluxerit, id crassius prodijt. Cuius in aqua recta ratione experimento fœcunditas ita probatur. Quod enim infœcundũ est quam ociſſime diffusum per summa innatat atque exolescit, fœcundum in imum descendit, delabitur atque subsidit. Quo circa quom & maribus & fœmellis duplex habeatur, saliualem succum unum appellant, inutile atque improle ad oblecta men duntaxat a natura molitum, quod in uiris eodem prope dixerim itinere quo & fœcundum progrediũr, in fœminis uteri ceruicem p̃ tenuissimas fibras adijt, quod quõ emittũt, mira uoluptate afficiũtur, qđ non ꝑpetuo in ꝓlifici emissione sed plerũq; euenit

Herod

euenit, hinc complures & uidimus et audiuimus, quę omnem citra libidinem uoluptatem oblectationemq; conceperunt. Alterum semen Galenus cognominat, tale quale antea diximus. quod ad uuluæ sinus deuenit. Sed quo nam uiris mulieribusque ætatis suæ anno hæc accidant exponendū est. Mares primum parte plurima anno suę ætatis bis septimo peracto genitale semen ferre simul & pubescere incipiunt, nō secus profecto quam stirpes semen laturę primū florentes quos hirquitallos iure uocitauere. Vox etiam per tempus id in asperiorē inæquabilioremq; sonum, (q̄q̄ nondū grauant,) demutari perpenditur, neque enim acuta, neq; tota æquabilis, sed incontentis & asperis fidibus, (quod caprire denominãt, perq̄ similis existit, idq; ñs qui uenerea exercere incipiunt potissimum incidit, ñs nãq; in uirilem sonum uox transit. Mammillæ etiamnum eo tempore exurgunt, & genitale non modo magnitudine, uerum et specie proficit. Fœminis insup per id tempus genitura, & q mẽses uocañ magna ex parte erūpunt. Vox i grauiorē mutaī, Denicq quō acutioris uocis q̄ mares sint. Tū natu minores acutius ellidant, ut puellę q̄ pueri acutiꝰ, ac pręterea q̄ uiri, et mulieres quoq;

uiris acutius, perpetuo sequitur. Eodem tempore ijs mãmæ protinus extuberant. Quas ubi perpetim stare desideraueris leporini grana nouem simi propinabis. Coagulum eundem præstat usum. Easdẽ fœminæ suis sanguine circumlitas minus crescere autumant. Si etiamnum per id tempus, (ut plerunq; fit.) doleant asinini lactis potu efficacissime mulcentur. Quorum perdicis, putaminum cinis cadmię mixtus & cæræ, stantes mammas seruat. Perdicisq; ter ouo circundatas, (ridiculo quo nullum reperiri possit maius,) plericq; nequicq̃ inclinari putant. Squatinæ illitæ crescere mammas non patiuntur. Cicuta a uirginitate illita eosdem præstat effectus. Vtriusq; infœcundum nempe semen ad annum usq; tersseptimum esse proditum est, mox prolificũ existere. At exigua imperfectaq; iuniores gignunt. Simulatq; terseptimum annum adimpleuerint, opportuna ijs generatio est. q̃q̃ natu minores. (tametsi parturitione uehementius laborent,) facilius concipiunt. Nõ increscere etiam post tertium partum tradunt. In Indiæ gente fœminas septimo ætatis anno peperisse, & itẽ alias quinquennes cõcepisse, lectitasse meminimus. Sed in Italia eo quẽ diximus ãno pte pluri-

ma &

& concipiunt & menstruæ purgationes, p⁹ deunt. Quæ sane ex partibus quę supra infraq; renes, ex lumbis etiamnum per mi⁹ nimas deductasq; uenas ad uuluæ accepta bula permeant. Ex uenis quoq; duabus secundum os pubis iuxta urinæ exitum, ac parte ea qua improlis fœminarum genitu ra mittitur erumpunt. Duabus namq; ue⁹ nis (maiore atq; ahorta,) fissis tenuium mul titudo uenarum in uterum definit, quibus uberiore alimonia expletis, natura que præ sua frigiditate cõcoctricis facultatis indiga, eam concoquere copiam nequit, ob id in uenis excrementum fiat, quod per tenuissi mas uenas exundando superet. necesse est. Idipsum uero ex uenis (quippe quę ob sui tenuitatem atq; angustiam exuperantiam continere non ualeant,) in uterum transfũ⁹ ditur, itaq; affectus hic ueluti mariscæ, aut alia quæuis sanguinis profusio eueniet. Paucis mensibus singulis, uno intermisso, plurimis menstrua mouentur. Cum ijs etiam quibus breui temporis tractu, (hoc est biduo aut triduo,) profluunt facilius q, b⁹ in lõgũ ꝓtrahit difficilius agit, ꝙppe quę tãtisper grauiter laborẽt, alijs nãq; uniuer⁹ sim, alijs paulatim, cunctimq; perpurgatio hæc fit. Attamen omnibus æque quãdiu

uirus defluxerit corpus grauatur, sanguine tum ob diutinam in uuluæ riuulis labem latis superq; noxio, tum ob integri mensis affluentem exaggerationem, ubere supraq; modum excreto Hinc utero graues, tam etsi ad utriculum nihilo setius q̃ in illis mẽses permeent delabanturq;, quia tamen nec uiciatus admodum coinquinatusq;, nec cumulatus. At sẽsim & in horas pedepressim (quo fœtui alimento sit,) secernitur, torqueri cruciariq; natura non patitur. Inter omnes uero conuenit, asperrimam eius profluuiũ primis ānis uirginitate resoluta uim eẽ. Compluribus etiam coitus cupidine, qua uel iuuenilis ætatis ratione, uel quia longo temporis spatio uenere abstinuerint, tenentur. Sæpe ter mense donec cõceperint mẽstrua citantur, uteri descẽdunt, quo peracto ascendunt & suo situ constituuntur. Concipere autem mulieribus a muliebrium p̃fluuio auspicatius suapte natura contingit

Quæ uero ĩjs carent, steriles propemodũ degunt. Verum fieri nil prohibet ut etiam, citra eorum profluuium nonnulle concipiant, quibus tantum humoris, colligitur, quantum ĩjs quæ purgantur intus restare assolet. licet ĩjs non tanta copia, ut & foras proluere queant, adsit. Sunt etiam-

num

etiamnum quę dum menſes prorumpunt (poſtea concipere nequeuntes,) conceptio ni obnoxiæ ſint, utpote quibus uulua continuo a purgatione ad obruta con creta q; preſtet. Nec deſunt quibus eti am utero grauibus, uſq; in poſtremum di em menſtrua prodeant, quæ & paruam & minus uitalem & imbecillam, atq; ualitudinariam proculdubio prolem ędunt, quã doquidem puriore eorum parte puerperi um ali nemo quiſquam inficiatur. Etenim quorum duæ horum partes ſint, altera quæ expediens cenſetur, eo potiſſimũ quo mulier uterum gerit tempore, quæ in partus altionem, partim abſumitur, partim ad mammas pro lactis generatione tendit. Pars altera inutile, (eo quo antea diximus modo erumpens,) excrementum eſt. Quo nil facile monſtrificum, (uti ad noxiam res medicatiſſima tranſferatur,) magis reperitur, quando quidem illius ſuperuentu muſta aceſcant. Fruges contactæ ſterileſcant. Nouella uitis in perpetuum lædatur, ruta, edera inſitaq; illico emoriatur. Hortorum germina exurantur. Fructus arborũ, (quibus inſedere,) decidant. Floribus colos adimatur, Et quod nos ipſi diligenter

obſeruauimus a d prodigiorum miracula accedens, rubri fuci quo mulieres prope omnes utuntur eximia claritudo a fœmina in menſtruis, uaſe in quo aſſeruatur tacto comminus perturbatur. Quin immo ab eadem lapideo, in quo conditum iturus eſt uaſe, quom pene deferuere cœperit, uix cõtacto turbidiorem admodum prodire, nullumq; in poſterum claritudini locum fore quotidiano experimento compertum habemus. Speculorum fulgor aſpectu ipſo hebetetur. Ferri acies, (uti in tonſorum cultris,) eboriſq; nitor præſtringatur. Apũ aluei, (ĩs namq; tactis has fugere certum ẽ.) intereant, Æs etiamnum ac ferrum rubigo & graue odoris uirus contactu prorſus corripiat, ac eo magis ſi decreſcẽte luna id acciderit. Æraq; dirus odor protinus cor corrumpat. At qui in rabiem eo libato canes agantur, inſanabiliq; ueneno morſus infigatur. Proinde aqua potuque a canis morſu formidato, (ut aſſolet,) tali lacinia menſtruo tincta, calici tantũ ſuppoſita eum metũ, (illa græcorum ſympathia prævalente,) inter oẽs cõfeſtim diſcuti cõuenit. Cuius etiã tanq; exitialiſſimi formicis minimo animali ſenſũ ineſſe ferũt. Fila quoq; contactæ ueſtis ne igne quidem, quo cuncta, uinci,

συμπάθεια

uina

uina cõcoquãtur nigreſcere. Bitumen in Iudea naſcens una hac ui ultro ſuperari. At q̃q̃ de hac uiolẽtia multa diximus, alia non minus ex ipſis menſibus dira & inſanda priſci uaticinantur. E quibus commemoraſſe non pudeat. In lunę ſolis ue deliq̃o ea ui congruente irremediabilem fieri. Nec ſegnius et ſilente luna fœmineos maribus exitiales atq; peſtiferos coitus eſſe. Purpuras ab ĩjs eo tempore pollui. Et ne ipſe profecto fœmellæ ſuo malo immunes euadant. abortum illiti menſes. aut omnino p̃gnante ſupergrediente ciunt. Equæ uterum gerentes tactę, quin & aſpectu prorſus (q̃uis procul uiſæ, ſi purgatio illa a uirginitate prima ſit, in uirginea ue ętate ſpontina abortum ociſſime perpetiuntur. Aſinas etiamnum tot annis non concipere, quot cõtacta ordei grana mulieribus adederint prodidere. Attamen & tanto malo remedia ineſſe plerique aiunt, quæ hoc loco recenſuiſſe uenia fuerit. Podagras, ſtrumas, parotidas, panos, ſacros ignes. Furunculoſq;, et Epiphoras, illini earum mulierum tractatu, liniri, compertum eſt. Rabioſorum canũ morſus, & tertianas, quartanaſq; febres menſtruo in nigri arietis lana argenteo brachiali incluſo, aut ueſtis omnino ita infectæ

portiuncula acu uel licio brachiali inserta, discuti, Demum tertianis & quartanis ęgri plantas sublini, multoq; efficatius ab ipsa muliere etiam ignoranti, efficacissimum es se. Quartanas coitu, incipientibus duntaxat mensibus. finiri nonnulli spospondere

Quorum cinere iumentorqm omnium addita caminorum farina cęraq; hulcera sanari inconfesso est. Ea etiamnum rosaceo mixta fronti illita capitis, (fœminarum prę cipue.) dolores intersedare. Et quod dictu admodum mirum est Mulieribus in mẽ se connudatis iam primum grandines turbinesq; contra fulgura abigi, sicq; cœli uiolentiam auerti, autumant. Menstruo (nõ silente luna,) nudatis segetem ambientibus erucas ac uermiculos scarabeosq; & noxia quæq; arceri atq; decidere. Proindeq; ob cãtharidum numerositatem eas retectis supę clunes uestibus per media arua ire in Cappadocia inuentum. Alibi nudis pedibus capillo cinctuq; dissoluto seruatum. Cauendum uero ne id sole oriente, (semente alioquin arescente,) moliantur. Id quoq; conuenit, quo nil equidem libentius credierim, tactis menstruo postibus irritas magorum artes, (uanissimi ut æstimare licet generis,) factitatum iri. Cæterum nullo

perpetuo

perpetuo circuitu menstrua describuntur. Quibusdam enim sæpius mense, quibusdã omnibus tricenis diebus, alijs trimestri spatio, sicut aliquibus nunq̃ fiunt, At tamẽ mẽse, (uelut decreto exonerandæ mulieris uestigali,) decrescente, (idq; recta ratione,) assidue, (utero nulla ui seminis prorsus occupato.) moueri tendunt. Mulierum namque corpora, continente aere frigidiore effecto inalgescunt magis, mensium autem coitus ob lunæ defectum, algidiores esse ecquis dubitat? Itaq; ut mensium fines q̃ media frigidiores euadant fit. Igitur posteaquam alimentum in sanguinem mutatum est, menses eo quem modo diximus circuitu moueri contendunt. At si illud haud concoctum sit sensim aliquid subinde secernitur. Quamobrem qui albi menses uocitãtur paruis adhuc & puellulis proueniunt. Porro uterque hic recrementorum secessus quom modice fit integra seruat corpora, utpote quæ ab excrementis exquisitius p̃purgentur, quæ ijs ut ægrotent causæ efficiuntur. Sed si uel non fiat, uel immodice fiat grauior apprime iactura euenit, aut enim ægrotatiões supueniũt, aut emarcescit extenuaťq; corpus. Hippocrate tradẽte. Si mẽstrua ĩmodice fiũt morbi accidũt et si nõ fiũt, morbi

Hipp lib Aoho 57

morbi matricarñ accidunt. Ad ſexageſi
mum ſane mares plurimi gignunt, quem ſi
exceſſerint ad ſeptuageſimū uſq; procedūt
Et iam apud quoſdam aduſq; annos ſeptu
aginta, & ſeptuaginta & quinq;, (q̄q̄q̄ igno-
biles,) uulgaris reperitur generatio. Alios
perpaucos tamen & non niſi ualētiſſimos
annos octoginta natos ſobolem procreaſ
repertum eſt. Quin etiam Maſiniſſam re-
Maſiniſſ gem poſt octoginta ſex anos filium quem
Metymathnum appellauerit. Et Catonem
cēſorium octogeſimo exacto e Clientis ſui
filia Salonñ generaſſe clarum eſt. Mulieres
uero ad quadrageſimum quintum magna
ex parte fœtificant At paulo ætate progre
dientes effœtæ degunt. Et ſi nonnullæ an
nos ſexaginta natæ ualidiores tamen pepe
rerint. Inuentam nihilominus mulierem
cuius primo genitus ultimo genitum qua
draginta annorum ſpacio exceſſerit prodi
tum eſt. Quare quom ętatum diſcrimina
ad ſobolem congignendam non nihil, (ut
retulimus,) conducere aperta ratione con-
ſtiterit, nihil tamē quicq̄ adeo cōducibile a
liud, q̄ uterū ad modicū redactū modū, cor
rogata Hippocratis ſentētia in hūc modū
perſcripta liquido perſpectum habebis.
Mulieres quæ præhumidos habent uteros
concipere

concipere nequeũt, quę etiam frigidos ſpiſſoſq; habent non concipiunt, fœtus enim extinguitur, necnon ſicci & admodum calidi concipere non poſſunt, genitale enim ſemen corrumpitur ob inopiam alimenti. Hippo. Apho. 62

Quæ autem ex utriſq; modice temperatos optinent uteros eæ ualent fœcunditate Ob has quippe cauſas nõnullę partu haud unquã perferunt, quales ſi quando medicina & cura, (quæ multiformis eſſe quit,) iuuere, fœminam fere gignere eas compertum eſt. Pleriſq; ſemel in uita munus hoc cõceſſum eſt. Quæ ſi quõ parere deſierint, leporis conceptum utero exemptum manderit, reſtibilem fœcunditatẽ afferre tradũt

Conceptus accelerant, uacinum lac potum, aut quini ſepteni ue uermes terreni epoti, cocleę cum croco impoſitæ, fimum accipitris in mulſo potum, & a purgatiõe fel caprinum inſperſum, & perdicis oua ſi ea ſorbeantur. Setæ ex cauda mulæ ſi uincti inter ſe in coitu colligantur inuitas cõcipere cogunt. In Arcadia uinum quod fœcunditatem fœminis importet fieri dicitur. At quod admodũ ſpectatius eſt. Si leporũ uuluæ in cibis ſumantur, mares concipi putãt hoc & teſticulis eorum & coagulo profici.

Atque ſi uituli carnem cum ariſtolochia inaſſatam

inassatam circa conceptum manderint, ma
res parituras promittunt. Sterilitatem ob
partus uexationem fieri certum est. hanc fel
le taurino, adipe serpentium, erugine, addi-
to melle, medicatis locis ante coitus emen-
dari putant. His ita prælibatis paulo alti9
redorti quam bene miroque deinceps ordi
ne generationem, ipsa rerum natura reddi-
derit curiosius intelligendum Prolem sane
paraturos puellæ non modo ætatem ute-
rumq;, (ut paulo ante sanximus,) Sed & ue
neris appetentiam & corporis positurã an-
te omnia intueri oportet, quando singula
hæc magnas neque ignobiles neq; dubias
hac in re interprætationes habeant. Ob
id uiripotentem uiro famq; sibi quemq; pa
rere operæpretium est. Cui equidem, (si
fortasse in coitu pinguiorem segniorem q;
nouerit,) Xiphij superior ex uino radix po
tui utiliter datur, & item quam Cremnon
agrion nuncupant ternis obolis aut drach
ma pondere. Orminos agrios cum polẽ-
ta contritus. Orchisq; herbæ serapiæ ue
radix maior seu ut aliqui perhibent, tenui
or in aqua drachmis duabus pota, atq; Sa
tyrion eundẽ præstant usũ. Erithrococonis
radix manu retẽta cõcitatricẽ uim habere
pleriq; putãt, ac magis adeo ĩ uino austero
bibita

bibita drachma. Tithymalli etiamnum ramorum medullam habẽtes ad uenerem agi pronioresq; fieri produnt. Prodigiosa admodum auctores,(alioquin graues,)nõ minus circa hoc tradidere. Septuageno coitu cuiusdam herbæ, (cuius uocamẽtum speciemq; negauerint)contactu libidinem durare asseuerantes. Cochlearum fluuiatilium carnes sale asseruatæ ex uino epotæ. Erithini quoq; conmanducati uenerem stimulant. Iecur ranæ dyrophetes & calamites in pellicula gruis Crocodili maxilla dens brachio,uel hyppocampus,uel rubetæ nerui dextro lacerto singula hæc adalligata mire concitãt Hyenæ genitale ad sexus suos in melle sumptũ, etiam si uiri mulieris coitum oderint. Rostrum scinci & pedes in uino albo poti efficacissime uenẽris cupiditatem accendunt. Vtiq; cum satyrio et erucę semine singulis drachmis omnium,ac piperis duabus admixtis ita ut pastilli singularum drachmarum bibantur,p se laterum carnes obolis binis cum mirrha & pipere pari modo potæ efficatiores ad idẽ credunt. Coitũ stimulat fel caprinũ illitũ Medullę suũ haustæ, seuũ asininum anseris masculi adipe pmixto illitũ,eq a coitu uirũ Testiculi eqni aridi ut potioni iseri possint

Dexter

Dexter asini testis in uino potus proportione. adalligatur ue brachiali. Eiusdem a coitu spuma rosaceo pano collecta et argẽto inclusa ut tradunt. Salpæ genitale in oleum feruens septies urinare iubent, eoq; pertinentes partes perungi, alĩ cinerem ex eodem bibi. Vel tauri a coitu urinam, luto q; ipso pubem illini. Vespertilionis sanguinem flocco collectum capitiq; suppositum mulierum libidinem mouere. Aut anseris linguam, in cibo potu ue sumptã, prodidere. Horum Hercules ad propudia probrosam ue molliciem uiros ad immodicam aut certe obscœnam uenerẽ mulieres pleraq; ꝓcitare, uetustiores extra omnem fortunæ aleam promisere. Quibus quoad opus fuerit peractis, cõcubatura puella blandis prius amplexibus arctisq; amãtium teneris comparatis labellis compressionibus, suauibus suauĩs, mollibus morsiũculis, horridularum papillarum oppressiũculis, pudendorum tractatiunculis ad uenerem optime excitanda est. Demum scintillãtibus iã eius ocellis, mutilatoq; ac, (quõ dictio media esse cœperit,) interpellato famine, tremula pene uoce ea loquẽte, atq; indigesta quadã motiõe sese uibrãte, gestiẽteq;. In hũc modũ delicioso cubili diapasmatibus insperso

inſperſo proſtituēda, ut capite paululum demiſſo coxendices cluneſq; puluinis elatæ pſtent, læuo ad clunes calce retracto, dextro expaſſo crure, fœmibus late pateſcentibus, hiantibuſq; uerendis, aut cruribus utriſque firmo amplexu uiri lumbos circūplectentibus. At uel hoc uel alio quocunq; libuerit modo ſtrata nouiſſimæ ſalaci præcidenda eſt. Quom igitur fœmellam eo quem diximus modo cubantem mas inierit, coleſq; pudenda & uteri ceruicem ſubierit ligulis utrinq; ſublabratis, uiro ceuente, criſſante muliere, ac mutua utrorumq; contrectatione, uir tandē genitale ſemen ante uuluæ oſtium emittit, cui ſpiritacea ſubſtantia, (quem gignitiuum appellāt ſpiritum,) permiſcetur atq; confunditur, quæ inquam nihilo ſecius atq; humiditas expellatur oportet. Tanto ſeminis humiditatem peruincens, quanto ocius egeritur effertuq; longius, nihil enim procul ſine ſpiritali uiolentia proſici poteſt, fœmina eodem tempore omni plerunq; ſine libidine per uuluæ accepta bula genituram, (quam fœcundā diximus) in uterum demittente, quandoquidem ſine maris ac fœminę emiſſione concipi impoſſibile ſit, ſine uoluptate uero fœmellæ fieri quidem poteſt. Si locus turgeat, & uulua

propius ostium descendat. Quamuis magna ex parte sic accidat ut utrorumq; oblectamento id agatur. Maris autem profusio non intus,(ut quidem opinantur)fit. Os enim uteri augustium est. Sed ante ostiolum, quo & fœmina succum illum nihil ad conceptum conferentem secernit,in quibus quidem excretionibus pari ferme uoluptate mas ac fœmina affici solent. Viri autem fœcūdum semen ibidem profusum intus ab utero, (siquidem calidus,et modice temperatus sit.si oris labra tactu asperiuscula et hærentia, si etiamnū tenuiora sint, quandoquidem ad conceptionem ita sese commode habeant,)auidissime rapitur. Indicio est quod loco qui modo madebat reliccatus mox persentiatur. Quod etiā q̄ procaciter inhiat hinc discas licebit,quādo puella solo balnei ingressu utero graui inuēta sit,semine quod a uiro prius in aquā defluxerat sitiente uulua hausto. Cæterū per id tempus uirginitatis nodo nexuq; dilaniato, cruentus, a menstruo sanguine eo dissidens, q̄ uiuidi hic coccini coloris est, aceo duntaxat quo penis uteri ceruicem asperiuscule uiolētiusq; subit momento parce prorumpens, ediuerso mensibus decoloratioribus turbulētioribusq;, uberius ac

longiore

longioretemporis tractu delabẽtibus,)succus,(integrę uirginitatis indicium,)interstillat. Ceruicula intumescit,ñsq; plurimum dolet,eoq; magis eugio grandiore mentula ui defracto atque ostiolo iusto plus passo laxatoq; fiunt hęc. Porro tumores & dolores,rosarum mirtillorumq; ac maluę & pulegiñ decoctum insidentibus commode demulcet. Aut defrutum rosaceo addito. Subide Omphacio ex olea adhuc alba nõ ex druppa, (ita enim uocatur priusq̃ cibo matura sit)utpote quod deterius est,expresso,ceruicis ostiũ ac uerenda perungẽda sũt Omphaciũ hoc ab illo colos interstinguit, quoniam hoc uiride est, illud quo autores uti sæpius iubent candidum,hinc multorũ imperitia,atq; ęgrorum iactura non parua eo primo omnes fere abutuntur. Dolore intersædato ubi res ipsa urgeret. Cærata in lana harundinis internodio opportunæ idoneæq; crassitudinis obducta,coalitũ dissi unctarum partium molientia ferrũminantiaq;,quoad ocalluerint imponantur, hæc inuiolatæ coitum perpessę præsentissima p̃sidia censentur, quam si ante concubitum tanq̃ nimium curiosi internoscere uelimus quo minus uafræ omnũq; malitiosissimæ mulieres, quippe quæ singula talia astu ad

integrum plerunq; comminiscantur, nos falsos habeant, id nobis uirginitatis argumentum fuerit. Quod perlucidum ꝫs ac tenue lotium, substrepitu perinde atq; acutissimo (quoniam per angusta exitus datur) sibilo ut, fistula impendio deductiore emicans longius admodum excutitur. Quin et doctæ obstetricis contuitu hymen, (si casta sit,) facile decernitur. Cruoris quoq; delectus, (quos paulo ante monstrauimus) inditio sunt. Gagates etiamnum suffitus odoris spiramento fauces nareſq; nõ attingente. Et potus si prẽsentem mictum nõciat, (muliere alioquin suffitum persentiẽte, cõminusq; potu mingente,) uirginitatem eximie deprehendit. Quo modo & corruptarum pudicitiã magnetem obdormientis capiti suppositam, pudicam ad mariti complexum quam mox compellentem adultera e thoro præ nimio simulachrorũ pauore excidente, plane aperire autumant Quamobrem summo studio uterꝰ qui cõcipiat uel natura uel arte p̃parãdus ẽ, qd si ne cõcipiat facere libuerit contra agendũ est. Nam si labra læuia crassa sint, haud quaq̃ commode usum præstant. Ob id nõnulle pridiequam concubuerint, (ut semen delabatur,) uuluæ ceruicem oleo iuniperino,

aut

aut ex cæruſa thure ue excipientes oleo cæ-
racꝙ adiectis illinere aſſolent. Araneus pha-
langiñ nomine eſt, lanuginoſus, grādiſſimo
capite, quo diſſecto intus uermiculi duo in
ueniri dicuntur, qui mulieribus ante ſolis
ortum ceruina pelle illigati, ne concipiant
mire præſtare creduntur, uis ea annua eſt,
quam ſolam ex omni atocio dixiſſe fas ſit,
quoniam aliquarum fœcūditas liberis ple
na, tali uenia indiga eſt. Sed ſimul ac geni
turam ītra ſe uterus traxerit, uniuerſum al-
ueum, (ſe ſupra ſemina duo colligens ac un
dicꝙ ea comprehēdens) ita contrahit, ut nul
la penitus, (ſiue multum ſiue parum ſemi-
nis iaculatum fuerit,) uacuitas relinquatur
atcꝙ adeo os ſugillat obſcꝓitcꝙ uti etiamnū
deductiſſimi corporis acies neutiquā ingre
di queat, quod Hippocrates, (quem ceu al-
teram rebus humanis lucem dei dediſſe ui-
detur,) ita prodidit Quæ uterum gerunt
iis uulua ſe cōprimit. Apud me Hercules
tractatu ipſo antiqtatis ammiratio creſcit.
Quantocꝙ maior dicenda harum rerū co-
pia ſuggeritur reſtatcꝙ, tanto magis priſco
rum in inueniendo curam, in tradendo bē
ignitatem adorare uenerariꝙ ſubit. Nec
dubie ſuperata hoc pacto etiam rerum ip-
ſius naturæ munificētia, (mō hæc humani

Hipp li. 5. Apho. 51

duntaxat operis inuentio esse.) facile uideri posset. Nunc uero aut eam ipsam deorum fuisse, aut certe homine etiamnum inueniente diuinam Eandemq; omnium prope dixerim parentem, & hæc ita fabricasse, & monstrasse ostendisseq;. nullo uitæ miraculo maiore, (si uerum fateri uolumus) credi par est, quando alia uia ad hæc adeo exquisite perueſtiganda nulla relinquatur. Æternum quæso deorum sit munus istud. Quom autem seminalia recrementa in utero constiterint atq; intra septenas horas sui post iactum in effusionē relapsa neutiq; fuerint, (quibus calor tantam talemq; habens motionem & actionem inest, quanta modice ad quamuis corporis partem accommodetur, quod si rem quæ fit uel excedat uel deficiat, aut deteriorem, aut lęsam et mācam, similiter ijs quæ foris igne ad cibum alium ue usum coquuntur, efficiet, at in ijs caloris motum nos ipsi moderamur in illis gignentis natura accōmodat) mox in uitā hæsisse autores illustres pronunciarunt, pindeq; maris semen in genitalis fœminei alboris medio propemodum glomeratur. Ambo hęc spiritu gignitiuo uteroq; iā concreto calfiūt, q̄ fit ut crassescāt spissentq; atq; cr ssa & glutinosa calfiunt, spiritū flatuosū aggenerēt

aggenerẽt oportet, quo ſane flatu commixtæ genituræ turgent atq; intumeſcunt, minutiſſimæ inſuper hectæ ſpiritu repletæ aſſurgunt, exinde ex pluribus ijs iunctis, una fit cauitas, uberem ſpiritus quantitatem cõprehendens. Qui nempe ſpiritus intus reclusus refrigerationem quęritans ad ſui cuſtodiam, ſibi in ſeminum medio, (eorundẽ partes ſcindendo) peruium iter parat, ut ſpirante feruido, algidus eodem ad feruorem contemperandum ſubingrediatur, quo ſpirituum ingreſſu egreſſuq;, atq; ui ſpiritum poteſtate uitalem, animalem, naturalem ad proportionata loca formatiua mouẽte, ſemina apprime ſpumeſcunt. Duorum genitalium ſeminum commixtio expediens ac neceſſaria quidem fuerit, tum quo muliebris recrementum uirili genituræ conueniens alimentum fieret, etenim uirilis craſſa calidæq; temperaturæ eſt, contra fœminea tenuis & frigida. Ob id craſſitie uirilis extẽdi dilatariq;, quemadmodum opus eſſet nequiret, et calore ſimul inchoanti puerperij materiam abſumeret Tum etiam ut operimento partui eſſent, nãq; uirile ſemẽ ad uteri augumẽta cornibus perſimilia nõ deuenit, nec per totũ alueum ſpargit, quare fœmineũ, quo ea loca repleãt atq; ut ex ijs una

congestis germinis operimenta efficientur necessarium censetur. Itaq; coactis iã partibus ijs, & in utero insinuatis diuq; contẽtis extera parte terrena resiccescente, circum membranula perinde atq; in decoquendo pane, obducitur, Tum quia necessum erat, nam et calescentis frigescẽtis ue rei extrema siccescere operępretium est. Tum etiam nũ alicuius gratia. Nam & semen inconstans, cuius partes disijciant, quippe quod uuidũ riguumq; sit, continente sistẽteq; indigum fuit. Cætero trium principatum habẽtium membrorum cordis, cerebri, iecoris, bullulæ molles ac exiles, uteri duritudine oblæderentur. Et spiritus gignitiui potestate alioquin uitales animales, naturales ociſſime halarent abscederentq; ni spissiori mẽbrano obducto tuerentur atq; custodirentur. qũod equidem membranum quom utero per aspredines, quas antea fossulas diximꝰ & ijs potissimum partibus, quæ cornua appellant, cõmittatur, cõtenta semina eidẽ adnectit, in quo tamẽ meatulus ea parte, qua umbilicus creatũ iturus est ad spiritus euentationem, (quam antea cõmemorauimus) existit hæc autem in medio expiratio fit afformatrice ui sic iubente, quamq; enim spiritum hunc, (utpote leuem & calidũ) sursum

atq;

atq; ad circumferentiam potius ſuapte natura ſuoq; nutu ferri par ſit, ad medium tamen atq; quocūq; uis illa prope duxerit, diuina imperauerit cuius eſt inſtrumētum dirigitur. Ad medium autem eatenus propellitur, quatenus cordis locus præparet, q̄ loco ſpiritu intus deferuēte, et calore extrinſecus exiccāte, cordis bulla tumet, uitali ſpiritu, (quo commodo afformatiua uis cor ipſum ac membra cætera condere queant) referta. Mediam namq; ſedem in anima li, non ſecus q̄ rex in regno cor obtinere iuſſaſq; eſt. Deinceps uero bullulæ geminę, ſuperna parte p cerebro una, dextrorſum pro iecinore altera, primę ad tempus cohę rentes, extuberant, quæ nihilominus ſpiritu, (ſuperna animali, naturali altera,) replēt in hac iecur, in illa cerebrum, ſpiritaceis ijs ſubſtantijs patrocinantibus procreatū iturum eſt. Que procedente tempore a cordis bulla quę prima fuit, et interſtitio, et ſpecie, et magnitudine abſcedunt. Neq; quempiam ex ſolis ijs membra illa gigni arbitrari oportet, quandoquidem prima puriore tenuioreq; alimenti parte (cordis materia) expleatur, craſſiore pinguioreq; ea quę iecinoris, pituitoſiore atq; crudiore algidiore ue ea quæ cerebri. Nec dum tamen mē-

membra hæc generantur, sed bullæ dunta
xat pręparantur. Quæ sane una cum ijs
quæ in membrano continentur, (quẽ totũ
embrionem esse contenderim,) enutriri in-
crementumq; recipere necesse est, ob id per
uuluæ acceptabula cruentus succus resu-
dans atq; restillãs alueum subiens membra
num circum ambit quem simul cum refri-
gerante spiritu per meatulum, (quem gig-
nitiuus spiritus sibi afformauerat) intra pa
niculum a genituris attrahitur, quo perfe-
cte & ad ĩtegrum cõcocto partes quas mo-
do diximus aluntur augenturq;. Enimu
ero embrio per tempus id adeo exiguus p-
stat, uti minimo indigeat nutrimento. At
qui nec adhuc illi, (quippe qui umbilico ei
dem uberiore alimonia indigus nectatur,)
membrano committitur. Mox tribus ijs
(quas nuper cõmemorauimus bullis,) tris
prætenues admodum obductæ membra-
nulæ, cuicq; una procreantur. Porro cun
cta hęc a conceptu sexto septimo ue die ab
soluunt. Quæ quum a physicis, ab Hippo
crate quoq;, (qui tam fallere q̃ falli neuult,)
Hipp experimẽti certo accuratissime deprehensa
sunt. Qui libro de pueruli natura mulieris
semine nõ effuso saltibus eius iussu concitę
atq; plus ęquo quassatę, septimo die ejectũ
tali folliculo

folliculo receptabuloq; quale in ouo ab extima testa clauditur cõceptui suffecisse asserit, quo tempore umbilicus inchoatum iri uidetur. Nam membranum id quom obduruerit, secundam appellitat, cuius exiles duæ tuniculæ sunt. Ex seminalibus uero recrementis intra hasce tuniculas uenę arteriæq; procreantur quarum ora exteram tuniculam penetrãtia, summaque illius cute patentia disseminata, uuluæ uenarũ arteriarũq; oris, (q acceptabula nominitabam⁹) arteriis arteriis, & uenis uenis, æqs utrinq; numeris miro ordine respondentibus, admouet atq; adiguntur. O rem inclitæ uocis, O rem magnopere mirandam. Tot in illorum seminalium recrementorũ tunicula uenæ. Tot denicq; arterię concreantur quot præcise in matris utero iamdiu prę fuerant, eadem etiamnum serie, eadem prorsus digestiõe seruata. proh Iupiter nec uisu facilis nec dictu affabilis ulli. Deinceps & uenæ, et arteriæ, hę secundæ exilitatibus dictis intertiuntur atque inuoluũtur. Subinde non pulsantibus uenis similique modo arteriis in unum coeuntibus, uenę duę totidẽ que arteriæ de ijs repullulant, quas cuticulare putamen ambit, ex quibus qui umbilicus uocitatur cõstat. Etenim uenarum ac

arteriarum

arteriarum imbecillitas tutelam operimentumq; desiderat. Hæ quasi radices quibus alimoniam exhauriat, partus uterum contingunt, & ob eam rẽ ante principalia mẽbra, quando principia hæc iam absoluta uberiori alimento indiga euadunt, quod p umbilicum ab uulua rapiẽdum erat, describantur oportet. Porro quom potentia quidem, & imperfectum animal fœtus existat, aliunde alimentum recipat operæpretium est. Quamobrem utero et parente, (ut terra plantę,) ad sanguinem menstruum illi cibũ hauriendum, donec perficiatur, & iam sit animal potentia gressibile, utitur. Præter secundam geminæ quibus obuoluitur fœtus, membranæ extant, quæ maioris minoris ue ratione differunt, prima partum circumquaq; immediate ambiens. Auicius Animium, Aurelia, Abcas, Abigas ue, Sela, Alicas. Conceptus armatura, nuncupatur. Secunda ab umbilico infra embrionẽ circuẽs Alamchoideum, Biles, Ascari, Secca. Inuolutus appellitatur. Animi quidem functionẽ humorem exudantem e puerperio coaceruare, & usq; in diem partus conseruare esse unanimiter aiunt, quamobrem nõ modo partũ a secũda duriore, (qua tenellus, p culdubio oblędеretur) incolumẽ ac

cuius

cuius uis læsionis immunem tuetur. Verũ & eas humiditates colligens, tum ut puerperium ĩs supernatet atq; suspendatur, ne grauior ab acceptabulis contineri nequeat

Tum etiamnum quia partus tempore, membranis dirũptis, uteri ceruicem lubricam ac ductilem & facile dilatabilem reddant, maximo præsidio est. Cõmodum ferme idem ab Alãchoideo recipimus, ob eam, quam intra se recondit urinalem partus aquositatem, quæ in ipsum per meatulum, (quem brachum appellant,) in medio umbilico constitutum a uesicæ imo deriuatum, diffunditur. Quanq̃ uesica propriã ad mictionem fistulam obtinet, non tamen nisi ædito puerperio illa offitio hoc perfungitur. At ad umbilicum lotium deueniens bracho alanchoideum subit, ibique ob eas quas modo diximus utilitates asseruatur. Humor autem inter has duas cruentus admodum dilutiorq; a mulieribus proferum uocitatur. Cæterum geminæ ex membranulæ infantem ambientes, interior tenuissima & molissima, et exterior, (quę proprie Chorion a græcis dicitur) a nobis confusa uocula etiam secundæ nominantur, quoniam & hysteras eas græci appellent, quanq̃ et uulua ipsa numero singulari ab ĩs hysteχοριον

ra quoq;

quoq; nuncupat. Nullū siccis excremētis p
pus, id puerperium conceptaculum adep-
tum est, propterea quod eius alimonia nō
ad uentriculum intestinaq;, (hæc ubi ipsa re
crementa secernuntur,) sed ad iecur per um
bilicaleq; uenas, (quippe quę uentriculi pri
ma concoctione haud quaquā indigeat,)
ad iecur inquam, in quo humida fiūt excre
menta derivatur. De geminis itaq; his ue-
nis alimentum deferentibus, quom paulu
lum processerint, mox post umbilicum co
euntibus. una in iecinoris creādi concauū
dependet, quippe cui bilis uasculum alimo
niæ expurgamentum inhæresçat. Satius
menstruum sanguinem perpurgari priusq;
per membra distribuatur censente natura.
At arteriæ duæ, non ad cor ob spatij longi
tudinem, sed ad arteriam magnā, secūdum
spinam coestēsam ex corde primum descri
bendam, super uesicæ partes procedentes,
deveniunt, illiq; ductilibus colligationibus
connectuntur, per easdem embrionis cor e
uentatur, et ab utero cum spiritum, tum eti
amnum puriorem subtiliorem q; cruorem
haurit. Omnia deinceps a principalibus o-
rienda lineamentis, primum membra post
sex septem ue ante dictos dies duorum triū
quattuor ue dierum spatio describuntur.

Subinde

Subinde quattuor, octo intercidẽtium uepoſt prędictos dierum tractu lineatione peracta cruenta materia per umbilicũ hauſta fœtum totũ permeat, atq; ad membrorum fabricam propius accedens prędiſponitur, quæ quoq; & per id tempus lineationes replet. Mox nouem aut quindecim aut intermediorum dierum ſequẽtium ſpatio, ſanguineus ſuccus in carnem conuertitur, quo etiam rempore membra & colores & mollitiem duriciemq; adipiſcuntur. perinde ac ſi pictoris officio dum cõdit creatq; natura perfungeretur. Etenim ubi primum lineis animantem pictor effinxerit, mox coloribus uarijs pro partium natura accommodatis illinit ac pficit. Sed quom in conceptu omnes corporis partes potentia inſint, primum omnium, (utpote principium maxime promptum,) cor ſanguine per geminas antea dictas arterias ab utero hauſto actu ſecernitur, cui ſane ſpiritus gignitiuus, una & generatiua afformatrixque uis, ueluti propriæ ſedi protinus ab initio inſidere, in quo etiã primũ uitalis ſpiritus, p generatur. Quippe quod temos, maximũ dextro in latere, minimũ in lęuo, (quem autem ſiniſtrã imperitiores graij otta uocitãt) mediũ cauitate inter utrinq; media, primo maiori

τὸ ὠὸν

maiori uenæ, medio ahortæ adnexo, sinu-
los neruulis etiam sufferctos contineat.
Homini animalium uni paulo a mammil-
larum disterminatione ad læuam, parte sui
ampliore, quá corporis superiora spectat,
(radix ob patulicãtes utrinq; pinnas dicta)
prope dixerim pupillam inclinat. At ex-
trema, qua ī acutum sese colligit, in mucro
nemq; plane exit parte, infra mammulam
in priorá eminens ac palpitans uergere ta-
ctu exploratur ac patet, hoc ut prius uiscus
afformatur, nascentibus ita nouissime emo
ritur. Quis enim cor hirsutum quibusdam
fuisse antequã cerneretur crediderit, cui rei
Aristomenes Messenius, quem Lacedemo
nij tertio captum dissecuere argumento esse
potest. Id homini drachmis binis ponde
ris per singulos annos ad quinquagesimũ
usq; glisscere, a quinquagesimo tantundẽ
ab eo detrahi, proindeq; cordis deliquio,
ultra centesimum annum uitam negari æ-
giptij existimarũt. Alij quoq; ad usq; quin-
tum, & sexagesimum diẽ a cõceptu augeri
cõmemorant. Huic præcipuus calor, huic
cæteris corruptis partibus uitalitas perdu-
rans, huic præmolle firmumq; membranæ
inuolucrũ aquæ oppletũ, ppetuo madore
indigo opimẽto est. Id prima ītra se animo
sanguiniq;

ſanguinicꝫ domicilia præbet. Exinde ſã
guine qui per umbilicares uenas, i partum
tranſfunditur, iecur conditur, cui uitalis ſpi
ritus quo naturalis fiat a corde demãdatur
infra ſæptum a dextro latere ſub pręcordiis
omnibus æque membrum hoc, (per natu-
ram & non prodigioſe habentibus,) ſitum
eſt. Bubulo ſimile, uenæ maiori nulla ex p̃
te ahortam attingens iungitur. Colos huic
concreti cruoris eſt, in quo nimirum amo-
ris ſedem ſapientiores poſuerunt, ac eorum
auctoritate diuini uates commoti. Titium
illum apud inferos ea qua peccauerat parte Titius
dari pœnas examuſſim commenti ſunt.
Ab exteriori parte gibbum eſt. ab interio-
ri uero concauum. Ventriculo inſidens in
quaternas fibras diducitur. Id centenis du-
raſſe annis uetuſtatis uł maxime paciẽs ob
ſidionum exempla prodidere. In quo fel q̃
dẽ (quia peſſimi ſãguinis expurgamẽtũ) ex
tat. Hominũ paucis quorũ ualitudo firmi
or & uita longior, negatum putant. Dein
ſeminum ſubſtantia cerebrum conſtituitur Cerebrũ
quod, in homine proportione, magnitudi-
nis corporaturæcꝫ plurimum ſupercꝫ hu-
mectum. Viri quam fœminæ maius.
Duabus ſupra ſubtercꝫ membranis, altera
oſſi ualidiore cohærente, infirmiore altera

altera ipſi cerebro citima uelatũ obductũ-
que, omnibusq; biparitum ſanguinem pe
nitus priuatum, per naturam algidum, pri
orem capitis ſitum plane optinet, pars hu
ic poſtrema, (quod cerebellum uocitatur)
et tactu et forma proſus diuerſa, adnectitur.
Priores partes mẽbrana ueſtitę exigua quę
dam caua, (quæ cerebri uentres antiquitas
uocitauit,) intra ſe habent. Ideoq; omnium
cerebro medio parua quædam oſſicula in
eſſe prodidere. Hic mentis eſt regimen, hic
habet ſenſuum arcem, hic culmẽ altiſſimũ
huic uitalem ſpiritum ut in animalem dear
ticuletur cor ipſum impartit. Hoc uiſcer-
excelſiſſimum, cœloq; proximum uni ho-
minũ in infantia palpitat, nec niſi in primo
ſermonis exordio roboratur, hoc ſine car-
ne, ſine cruore, ſine ſordibus, aliud eſſe quã
medullam argumento, quoniam coquen-
do obdureſcat eruditiores & deprehende-
runt & poſteris reliquerunt. Itaq; caput a
corde atq; iecinore cõtinuo generatur, qđ
cæteris magnitudine præſtat. Poſt hæc cæ
terarum unaquæq; partium ex alimento p
uenas & meatulos quoſq; reſudãte, quem-
admodum aqua per crudiuſculum fontẽ,
concreatur. Nobiliſſima quæque ac po
tiſſimi principij particeps, ex concocto ſin-
ceriſſimo

ſinceriſſimo primoq; alimento, reliquæ uero neceſſariæ, ac illarum gratia inſtituendæ ex deteriore, ex reliquijs excremẽtiſq;. Perinde enim natura atq; prudens paterfamilias, haud amittere ex q̃ aliquid cõmodi molit queat, quicq̃ ſolet. In rei autem familiaris cura ita diſpenſatur, uti liberis optimus cibus, deterior ſeruis animalibus uiliſſimus detur. Quo circa ex trib⁹ ijs principijs tria ſecernũtur germina. Ex corde arteria ahorta, ad inumeras huiuſcemodi ſpiritus ſemitas inter neruos latentes, cum ſanguine, tũ etiam ſenſu carentes, diducta, quibus præciſis ea dũtaxat corporis pars torpeſcit, harum percuſſus, (in membrorum maxime cacumine euidens,) in modulos certos, mẽtricaſq; leges, ab Erophilo medicinæ uate miranda arte deſcriptas, per ætates ſtabilis, aut citat⁹. aut tardus omnium fere morborum index eſt. Ex iecore uena caua, quæ & ipſa numeroſis ſanguinis ſpiritus ſemitis, innatãtibus riuulis diuiſa, in prætenues poſtremo fibras totam ſubter cutem diſperſis, in anguſtam adeo ſubtilitatem tenuatur ut cruor aliud ue penetrare haud queat prẽterquam exilis quidam ſuccus, ab illo qui crebris admodum cacuminibus ſudor appellitatur. Ex cerebro nerui, bibulo quo & Erophyl

nasci & ali perhibẽt circumuoluti, lubricis ossibus applicati, corporũq; nodos, (qui articuli uocitantur,) aliubi interuentu, aliubi ambitu, aliubi transitu, uincientes, hic teretes, illic lati, ut in uno quoq; figuratio poposcit. Ii incisi haud solidari tradunt. Satis superq; mirum est uulneratis summum dolorem, præsectis nullum penitus accidere.

Os iugale

Et spinalis medulla. Ex seminalibus quidẽ genituris cuncta hęc constant. Mox reliqua describuntur qualia ossa sunt, & hæc potissimum quæ ad principalium tutelam natura destinauerat. ueluti caluaria quæ ꝑ cerebro interiore parte concaua, extrinsecus gibba, utrinq; læuis, & qua cerebri mẽbranam contegit, & qua cute capillum gignẽte contegitur, hac ab occipitio & temporibus simplex, a fronte in uerticem usq; duplex cõpareat. Cuius ab exteris olla obdura, ab internis, quibus inter sese connectuntur mollia foraminulentaq; sunt. Quippe inter quæ uenæ passim discurrant, quas ijs alitum suggerere credibile est. Quæ sine suturis raro, cum ijs frequentius uisitur, quãquam earum numerus quo modo & loco incertus est. Insuper iugale os, quod trãsuersum a genis tendens super sinulos, qui sunt iuxta auriũ foramina finiẽs, ab inferioribꝰ

Caluaria

ossibus

ossibus sustinetur. Os malæ superiores dentes exigẽs Maxilla molle os. cuius ima pars mentum est, a quo utrinq; ad tempora procedit, quæ & sola mouetur. Vertebræ deinde quattuor & uiginti, (nam septem in ceruice, duodecim ad costas, reliquæ quinquę proximæ costis sunt, spinalis medullæ tutamina operimentaq;. Exinde summa costa infra ceruicem contra humeros sita, atq; undecim inferiores, usq; ad imũ pectus peruenientes, quæ primis partibus rotundæ & quasi capitulatæ uertebrarum transuersis processibus, ibi paulum insinuatis inhærentes, inde patescunt, & in extimam partẽ recuruatæ, paulatim in cartilagine degenerant. Ac ipsum quoq; pectoris os, ualens durumq; a faucibus incipiens, ab utroq; latere iunctum, quæ uniuersa cor tuentur. Sub prioribus uero costis quinque, (quas rhoas græci cognominant,) breues tenuioresq; quæ paulatim in cartilaginem uersę ac ima potissimum, quæ maiori iam parte nihil nisi cartilago est) oris abdominis inhęrescunt, atq; iecur custodiunt. Subinde solers natura reliqua ex ratione molitur quẽ admodũ duo lata ossa utrinq; ad scapulas tẽdentia quę latini scoptula, omoplatas græci uocitãt in sum̃is uerticib⁹ insinuata ab ꝗs

Maxilla

triangula sensim latescentia,& quo latiora hebetiora,ad spinã permeantia,imo quoq; suo cartilaginosa,posteriore parte uelut in natãtia,quoniam nulli,nisi in summo, ossi inhæresc̃at.Humeros. Radios brachiorum superiora breuioraq; ossa. Cubitos inferiora longioraq; Manuum ossa,quæ cum multa, quippe quorum numerus pene incertus,tum etiam minuta sint, oblonga tam̃ omnia triangula,structura quadã inter sese connectuntur. Ossa coxendicum, pectinẽ,fœmina,patellas cartilaginosa ac mollia ossa.Gemina tibiæ cuiusq; ossa.Talorũ ossa,calcium, pedum,quæ ijs quæ manib⁹ insunt respondent. Subinde cartilagines, operimenta, colligationes,atq; hęc ex semine.Ex sanguine menstruo carneę partes cõstruuntur. Veluti pulmo natura inanibus fistulis cauus fungosusq;, in binas ungulę bubulæ modo fibras diductus,uenæ maioris singulis suis fistulis riuulos excipiens, proindeq; sanguinis plurimum continens

Nec audiendi sunt,qui cruenti succi(eorq; quos dissectis animalibus detraxerint,quorum uniuersus comminus sanguis effluxerit,conspectu decepti,)pulmones uacuos esse & sanxere & prædicarunt. Lyen quem σπλήν. splenem grai appellauere, haud cincto ut

iecur

iecur at inteſtino innexus, a cõcauo uentri culum aſſequitur, a gibbo uero dorſo adal ligatur, uenæ uni maiori iunctus. Cuius magnitudine ioci riſuſq; intemperantiam factum iri phyſici prope omnes aſſeuerant

Ex aduerſo ijs qui uel eo carent, uel quã breuiſſimo per naturam uiuntur, riſum adi mi, quotidiano uſu compertũ eſt. Sed quã ob cauſam ſibi magnitudine ioci intempe rantiam, paruitate exemptionem aſciuerit, nec dum ab ijs ſatis explicatum. Nos uero quantum ingenioli facultas ſuggeſſerit di cemus, quod quom lyen propriũ atræ bi lis conceptaculum ſit, hinc uaſtitate ſucci il lius riſui aduerſantis impendio maiorem, quam iecur gignere ſuppetat copiam deſi deret oportet. Vnde & uniuerſam atram bilem, & purioris ſanguinis adhuc pro ſui altione neceſſariam opportunãq; portionẽ attrahet. Ob id cruentum ſuccum perſpi catiorem lucidioremq; ioco aptiſſimũ red di par eſt Contra breuitate, non etiam quã tum attribilarij ſucci iecur aggenerat, ſuſci pit, et ob eam rem ſanguis impurior admo dum turbulẽtior nigribiloſiorq; magis, in immanem triſtitudinem agens relinquitur Nam & huiuſcemodi accidentia atri fellis uitio fieri Hippocrate uel maxime dilucet.

Si mœstitia aut metus lõgo tempore tenet atra bilis in uitio est. Laborantibus nẽpe cursorum ueluti peculiare, cursus impedimentum inuritur. Quo etiamnum per uulnus exempto animal uiuere autumant. Renes duo bubulis similes pinde atq; ex multis renibus compacti in adipe mersi urinatiq;, summis lumbis sub imis coxis adhęrẽtes, ab ea qua coxis hęrescunt parte, resumi ab alia uero globosi, uentres cauaq; et ñ habentes. ad quę tam qui ex caua uena, quam qui ex ahorta meatuli minime pertinent. At eo loci pertendentes in renum corpuscula absumuntur oblitteranturq;. Cuius rei apertissimum argumentum fuerit, q; ñ sanguine carent. Eorum dexter superiorẽ sibi locum uendicat, & latior sicciorq; minus pinguitudine obducitur. Lingua & glotta & glossa recta ratione nũcupata, carne soluta, rara, fungosa constans imbricatę asperitatis, quę aut lata, aut angusta, aut mediocris, (omnium expeditissima atq; explanatissima,) est hæc in animantibus cæteris semper absoluta, in homine duntaxat usq; eo uenis cõstricta, ut eas intercidi necessum sit, alioquin usui loquendi inepta, saporum intellectum sui præcipue primore parte, & singulorum præterea, quę caro sentire que

γλῶσσα

ar,

queat, sua quauis, obtinet. Tonsillę: Quod uero inter eas ultimo palato dependet colu mella, siue uua dicitur. At uerius quidem quom immodice humectata intumescit ĩ flammaturq; uuæ nomine uocitatur. Gin giuæ oris multifida compago. Gula cibũ potumq; deuorandi fistula. Fauces illius summum. Stomachus postremũ. Venter infimo stomacho adnexus inferiore sui p te angustior, hinc eo oppleto, ciboq; ob an gustiam suppresso, (quod ijs quorum spati osa laxitas eũ ad inferiora trãsmittit obtin gere nequit,) homines facile uomunt. Ab hoc uentriculo lactes, per quas flexuosissi mis orbibus edulia delabuntur. Nec ab re fuerit hoc loco admonuisse ex lactibus hoc est gracilioribus intestinis, imo uentri culi paulum in dexteriorem partẽ cõuerso in summũq; intestinum coartato ac ãnexo eam iunctu ram Pyloron graios appellitas se, nostri portonarium quoniam portę mo do in inferiores partes, ea quæ excreturi su mus, emittit. Nonnulli etiamnum, (falso ta mẽ,) duodenum Pyloron. ad duodecim di gitorũ mensurã hunc sese, pduxisse rati, quã do nihilo secius pyloros sola iũctura duor sit. At quod sequit intestinũ ecphisis hoc est propago siue duodenum appellatum est.

Vua

Gingiua

Gula

πυλωρός

Cui equidem & menſura hæc quadrat, &
Ieiunum. uocamentum ſibi iure conuenit. Ieiunum
uero eſt, quod ilam, hilam ſeu duplici. l. hil-
lam, hiram ue, & plericꝫ hillum nominitãt,
Ilæ uero plurali numero, uel hylæ, hyllę ue,
a quibus ad aluum capaciora inteſtina, in
cæteris ſunt quas in homine atcꝫ oue lactes
diximus, non ilia, ut ex Plinio plurimi per-
peram legunt Ieiuni autem nomine duode
num & ieiunum interdum compręhenſa
ſunt, uti apud Macrobium ieiunum omni
um inteſtinorum principium habere exara
tum eſt. Et alĳ ex probatiſſimis lactes ī tria
duntaxat diducunt. Pyloron, ieiunum et te
nue, quod eſſe nequit, ni ieiuni uocabulo
utruncꝫ intelligamus, nec iniuria id factita
tum cenſendum, quandoquidem duo illa
quo ad ſubſtantiam idem ſint inde tantũ-
modo diſſidẽtia, quod pars primora haud
implicita eſt, quæ & ecphiſis ſiue duodenũ
uel propago cognominat, pars altera im-
plicita, nõ tamen ut tenuius inteſtinum eſt,
hæccꝫ peculiari uocula ieiunum dicitur.
Tertium ex lactibus inteſtinum tenue uo-
catur, ab imperitioribus ilion, morbuſque
illius iliacus. Quom tamen ileos a diligen-
Iliacus tioribus appellitetur &, qui hunc perpetiũ
tur ileoſi. Illiacꝰ uero ilioſus ue is intelligit
qui

qui lagopono hoc ẽ ilium dolore uexatur. Sunt autem ilia & quæ a græcis lagona & ceneona nuncupantur, partes umbilico in latus utrunq; ſubditæ, inter quę ſumen ſeu abdomen pubeſq; intercluditur. Igitur ilia inter coxas & pubem ſumen ue imo uentre extant. Quamquam et arteriæ inter ueſicam & aluum ad imam pubem tendẽtes, ilia etiamnum dicantur. Neq; abditum in obſcuroq; eſt ilium dolorẽ Chordapſom Diocles Dioclem Caryſtium appellaſſe. quando tamen & chordapſos & chordios is qui colicus a noſtris dicitur exiſtat, quẽ nihilominus Diocles ileon commutatis nomenclaturis nominauerit. Vnde & colicus a colo, quod ſane inteſtinum laxius atq; ile ſingulari numero uocatum, coecoq; commiſſum eſſe conſtat. Sunt tamen qui Plynium falſo legendũ putẽt. In homine hillę infima parte ſimul a gręcis uocatur colon, adeo ꝙ apud grauiſſimum auctorem hillę uocamẽto numero plurali, & tenue & craſſum inteſtina ſignificetur quandoquidem hillę (ut ante diximus.) nec in homine nec in oue ſed in cæteris tantum ex Plynij ſententia cõpareant. Ex quo id plane euenit ut breuiſſimo ſpatio ſibi ipſi contradicat. Verba autem Plynij ſunt. In homine ile infima

parte

infima parte simile suillo a græcis appellat colon, quæ singula, numero singulari, non etiam plurali aptissime respondent, est præterea subrectum intestinum, quam uocula alia latini aluum, recentiores longanonem uel longaonem, (ut retulimus,) uocitant. Intestinum dissептum seu sæptum transuersum, præcordia, cinctum ue quod uentrem & cætera intestina ab extis secernit. Intesti
μεσεντέριον num medium quod graij mensenterion dicunt, cui uenulis quam plurimis sufferto lactes inuoluuntur, ut a duro spinæ contactu munitiores magisq; septos reddat. Nihil tamen adeo mirum aliud mihi est, quã nõ nullis, qui inter præcipuos & habentur & sũt, idipsũ lactes appellate placuisse, quãuis
Lactes nõ me lateat alios lactes loca sub ũbilico in laterib⁹ pubetenus delicata, adeo ut plagã ferre nequeant. Alios pinguia intestina, ut
Persius Persius unctos lactes hinc dixerit, quosdã mẽbranas quibus inter se intestina cohęre scũt nũcupasse. Minor lingua exiguua ue quã nouo uocamẽto qdã sublinguiũ dixere, hæc duabus interposita fistulis, (utpote cuius opera gemina,) interiorem ad pulmones atque cor pertinentem asperam arteriam nominatam carne cartilagineq; cõstantẽ,

conſtantem, ſpiritu ac uoce illac meante, in epulando circumquaq; operit, quominus ſi potus eduliaque in alienum deerrauerint tramitem, torqueant, aliam uero exteriorẽ (cui certe gulæ uocamentum fuerit,) neruo carneq; conditam quum ſpiritus tantũ aut uox commeat, ne intempeſtiua alui reſtag- natio interſtrepat per uices adoperit. Ve- ſica infra aluum a priore parte, membrana conſtat, cicatrice haud ſolideſcẽte icta, por- ro ex ijs pleraq; cum ex ſanguine, tum etiã ex ſeminalibus genituris, quippe quæ pro- miſcua indiſcretaq; membra ſint, congig- nuntur. Ex recrementis pili, ungues, & id genus reliqua conficiuntur. Etenim cruen- tus ſuccus in fœtus uentrem tranſfuſus, al- gore conſiſtens in carnem mutatur. Quo fit ut ab igne caro reſoluatur. At quæ ter- rena admodum oriuntur parum humoris caloriſq; nacta. Hæc dum refrigeſcunt hu more una cum calore halante, duram terre namq; formã indipiſcuntur, ueluti ungues quãobrẽ igni hęc molliũt. Nerui & oſſa & id genꝰ reliqua, humore ſicceſcẽte cõfiũt, q̃ circa oſſa ab igne reſolui nequeũt. Neruus inſup, cartilago, colligatiões, operimenta, ſicca ductiliaq; ſũt. Os ſiccũ & fragile, caro mollis. Omniũ autẽ oſſium quę in corpore

Veſica

ſunt,

sunt pleraq; caua atq; medullosa sunt, non nulla minime. Concretis tamen ossibus uniuersis ac sine medullis,(quamquam rari admodum sunt,)prodigiosa uirium elatione,corneos nuncupatos,quosdam uixisse,apud dignissimos auctores lectitasse meminimus. Cæterum cutis resicce scente carne,quomodo in polentis crustula, (quam uetulam uocitant)efficitur. Nec solum propter extremum eius generatio euenit,sed etiamnum quod lentitudo resideat, quom euaporari non possit.lentum enim hoc pinguius existit, unde pingue sub cutis operimento uisitur,quasi cutis ex eiusmodi lentitate consistat,pingue enim lētitatis non nihil optinet. At ut in uniuersum dixerim omnia hęc partim necessario,partim alicuius gratia talia exinde facta molitaq; esse asserendum est.Deinceps uero nouem dierū spatio superior moles per generationē digeritur atq; distinguitur, inferior tempore procedente incrementum recipit. Primū proinde caput ab humeris diducitur,et brachia et cubiti a lateribus,et ab inuicem crura disiunguntur. Colligationes articulorū iuncturis committuntur,Os,nares eminētiores quas subdolæ irrisioni, noui mores dicauere, aures proprijs foraminib9 carne extuberant.

extuberant. Ocelli pars corporis prę cioſiſ ſima, & q lucis uiſu uitam a lęhto interſtinguant, ſincero ſucco prę grandes replentur Quos ubi naſcentibus nigros peroptaueris, ſoricem prę gnanti mandendum dabis frons triſtitiæ, hilaritatis, clementię, ſeueritatis in eius aſſenſu index. Supercilia & pariter & alterne uibrantia, quę nihilominus nobis, (quãquã per id tẽpus glabra adhuc) eatenus ſupercilia appellare liceat, quatenꝰ eo loci ſupciliorum pubes breui admodũ naſcitura eſt. Genæ oculorum munimẽta, hinc hominibus nictationes. Cilia extremi ſuperiorum genarum ambitus. Malæ infra oculos, pudoris ſedes, quandoquidẽ inibi uel maxime ſufuſus rubor præmonſtretur has genas etiamnum antiqui uocauere. Buccæ infra eas hilaritates riſumq; penitus pandentes. Rictus, labra, mentumq; membratim ſingula ſine fine diſterminantur, in apertoq; effigiata prodeunt. Mox collĩ humeri, iugulus, ſcapulę, pectus in quo mãmæ. Alæ, latera, ſpina, dorſa, uenter, hipocõdria ſubcartilagia ue, lumbi, umbilicꝰ, Abdomen. aqualiculus. colago, ilia, coxæ, nates, conſpicua protinus uiſuntur. Genitalia manifeſtantur membra, fœmora, creæ, ſurę poſtremo manꝰ pedeſq; ac extrema quęq;

in

in lucem prodeunt, quom prius delitesce-
rent. Attamen quibusdam adhuc per tem
pus id tristius membra hæc prorsus inter-
stincta comparent, quę non minus dierum
quattuor tractu apertissime comprehendū
tur. Quo circa medios quosdam ex superi-
oribus numeros colligentes, quadraginta
& quinq; dierum numer9, (puerperij affor
mationis longissimus terminus secundum
medicorum decreta,) exurgit. Nam soli-
bus sex spumificationi, quattuor lineationi
octo lineationis repletioni, quattuor & de-
cē carnificationi, decē et tribus afformatio
ni attributis, quadragintaquinque dierum
numerus conflat. Minimus uero numerus
triginta dierum spatium est. Quoniam so-
les sex spumificationis, duo lineatiōis, quat
tuor lineationis repletionis, nouem carnifi
cationis totidemq; afformationis, nec pau-
ciores esse queant, sunt. At de mare puer-
perio loquuti, ita termini omniū ferme cō
sensu dispositi sint. Quando alioquin de
fœmella sentiendum sit, quippe quę longi
oribus, (ut inter omnes conuenit,) Tempo
rum impendijs absoluatur, decem namq;
dierum spatium (quamquam et maturius
plerunq; ueluti quinum dierum tractu fa-
bricari illustres auctores obseruauere (ultra

maris

maris ſpatia ad ſui afformationem exigit atq; expoſtulat. Cuius etiamnum per tempus id figura poſt abortū in humido haud quaquam permanet. Sed ilico ociſſimeq; plane diſſoluitur. Contra mas eo quo dixi mus tempore ſi in aquam frigidā diffundi tur in membranula cōgitur cōſiſtitq;, qua dirupta partus ipſe maiuſculę formicę magnitudinē præſeferēs uiſitur. Et mēbra iā in de diſcreta tū cętera omnia, tū genitalia cō ſtant. Quare quom fœtus in utero formaſ fœmina mare lōge tardius perfectionē qua rumcunq; partium adepta eſt. At qui ſępi us undecimum menſem contra quam mas protrahi proditum eſt. Sed quom in lucē prodierit, fœmina ocius quam mas, (utpo te quæ defectio quædam ſit, quandoquidē fœmineus ſexus quaſi naturalis læſio ac dē trimentum exiſtimandus eſt) & accreſcit & ætate floret ac uiget, demūq; ſeneſcit. Sunt enim fœminæ ſuapte natura ſuoq; nutu debiliores uietiores ac deniq; algidiores. Intus igitur præ ſuo algore ſerius diſcernuntur, quoniam diſcretio hæc concoctio eſt, calor autem eſt qui apprime concoquit, & quod calidius eſt id concoctu nimirum facilius extat. At foris ob ſui langorem debilitatem ue ociſſime ad ætatis uigorem

Fœmina

& senectam deueniũt. Etenim minora om nia (ut etiamnum in artis operibus sic in na turæ, citius optatum finem attingunt. Cæ terum quo nihil instituto operi desit, noscẽ tes tantum meminerint partuum sancitas ab antiquis (quorum semper cura fertilior & industria fœlicior, afformatiões a nobis interim dici. Nec eos deterreat intertur betq; q̃ Straton peripatetic⁹ & Diocles ca rystius de hac ipsa re alio quam asseruim⁹ modo senserint. Quippe quom concepti corporis fabricam p̃ septenos dies, (ad Pla tonicam septenarij maiestatem alludentes) hac obseruatione dispensent. Vt ebdoma de prima, genituris intra inchoandi homi nis monetam locatis genitiuũ humori folli culum, artifex natura primum circundet. Secunda crebras extimam cõceptabuli su perficiem cruoris guttas passim gestare pu tant. Tertia ebdomade deforis introrsum uerti eas, demergique. Quarta humorem ipsum ita coagulari, ut inter carnem & san guinem liquida adhuc soliditate concretio neque conueniat. Quinta, (partu mense se primo maturaturo,) in humoris substan tiã humanam, magnitudine quidem apis, (ita tamen ut in illa breuitate & uniuersa membra & designata totius corporis linia

mẽta

liniamenta consistant,)figuram integre cõ fingi. At si nono a conceptu mense absolutio futura sit,siquidem fœmina fabricatũ itur,sexta ebdomade mẽbra diuidi,sin masculus septima, arbitrantur. Ergo hercule ñ neq; productissimum a nobis præfixum afformatiõis terminũ. quẽ quadraginta et quinq; diebus. quattuor plerunq; adiectis nimirum constare proposuimus quibus septimam ebdomadem plane conflare assurgereq; cuiq; liquet. Neq; breuissimũ(quã quam quinta ebdomas ab ijs minimus terminus tradatur,)pessundant interimunt ue quandoquidem haud perpetuo profligata ebdomade afformari contenderint.Sed & quom iam media esse cœperit idipsum cumulatissime factitatũ iri neq; ĩficinaẽ neq; p quã exigua nictatiõe abnuãt.Ex q̃ euenit ut trigesimo quoq; sole hominẽ fingi rerũ natura uel secundum horum monita aptis si me patiatur. At miror equidem eos nõ modo cred disse in utero fœmellam paulo ocius mare effingi,uerum etiam prodidisse quod quamuis uanum nec sine contactione proferendum existimauerim, ne in hisce quisque anxie ambigat,attingere tamen quicquid tanti uiri in doctrina non spreuerint, quam horum omnium ignoratio-

ignorationis ſuſpitione ſubire, maluimus. Porro quæ huius figmenti origo fuerit & quibus initijs hæc in illis opinio uſq; adeo exoleuerit exarſeritq; penitus quemq; præterire reor, præſertim illuſtrium priſcorum peripateticorumq; principium rationibus (quas quodam tenus retulimus) contrariũ prorſus cõmoſtrantibus. Quorum decreta poſt quam in ſumma, (ut fas eſt,) auctoritate et eſſe & haberi cœpere illorum maſculi ſeptima ebdomade fabricæ, fœminę uero ſexta, perinde atq; puerilium deliramentorum comenta confeſtim peſſum iere abſoluereq;. Nec dum tamen quotiens quinta ebdomade iſta mẽbrorum deſignatio fingitur, menſe ſeptimo, quotiens uero ſexta uel ſeptima nono menſe partum maturari ſatis conſtare inapertoq; eſſe uolumus, quod ſane munus quũ mẽbratim hiſtoria decurret nobis ſcrutandum penſiculandumq; relinquimus.

QVO TEMPORE ANIMA CORpori infundatur a quo creatur, et an immortalis an una omnibus sit.
Cur nouæ indies animæ creentur.
Quo nam modo ad concumbentium libidinem momentis singulis, & qua cœli parte procreetur, qua ue in corpus descendat, qua etiamnum corporis parte ingrediatur.
Quo pacto animæ conueniat, modo in terras descendere, modo ascendere. Cur si cœlestes sunt, inuitæ a terris discedunt.
Cur defunctorum animę non redeunt, nũquid in corpora nostra quicquam agant?
Quo tempore infans in utero moueri, quo sentire incipiãt, q̃ usu enutriat increscatq̃.

SEd iam cœlestibus hinc auspicijs, ad cœleste illud q̃ hoc ipsũ sumꝰ qđ ipsi sumus, an forte uerius dixerim qđ ipsi proprie sumus? fœliciter accedamus. Id autem rationalis ex diuino intellectu consistens anima est. cuius profecto originem de cœlo manare apud eos qui uera nouerint indubitatę esse sentẽtię perspicuũ est. Proinde huic solã eã dũ corpore utitur perfectã beatamq̃ esse sapientiã cõstat, ut natalis sui principia penitissimaq̃ exordia

prima reſpiciens, nec ſe quæritans extra, un
de orta ſit de quo tam ubere prodierit fon
te prorſus recognoſcat. Hinc ea delphici o-
raculi ad beatitudinem quo itinere perue-
niret conſulẽti ſanctiſſima uox. Cognoſce
teipſum Quo quid prẽſtantius, quid fœlici
us, quid denicꝫ animulæ, hoc in teterrimo
carcere beatius eſſe queat nõ facile quis ex-
preſſerit, quandoquidẽ hoc ipſo duntaxat,
quadam quaſi humanorum fuga ſolis ſeſe
diuinis inſerat, ſola hæc tanq̃ nihil ſit aliud
intueatur, ac quoad licuerit incognoſcat.
Teneras cupiditates non reprimat modo,
at penitus obliuiſcatur, ſucceſſere nec ſciat
nec queat, ac demum ita ſe ſupernæ et diui
næ menti ſociet, uti ꝑpetuum cum ea, (imi-
tando,) fœdus cõſtantiſſime aſſeruet. Quas
nẽpe ſolas deferati, & ab omni huiuſce mũ
di aſpergine preſſe pureꝫ deterſi animi uir-
tutes, (utpote quę non plumbo inherentes
ſtatuas, nec areſcentibus triumphos laure-
is at ſtabiliora quædam ĩpendioꝫ uiridio
ra atꝫ cultiora præmiorum genera nemi-
ne diffitente deſiderent) beatum facere quẽ
præterit? Quomodo & alia quempiam
uia, (modo ne uana admodum auri adu-
latione nactum.) nomenclaturam hanc ex
æquo adipiſci, fieri qui poteſt? Is ſane in
cœlũ

cœlum, in eorumq; cœtum qui iam uixe-
rint, & corpore laxati splendidissimo can-
dore elucentem galaxiã incolant, latissimã
cuiuis iure optimo uiam præparari. ratio
in medio cõstituta efflictim suadet, siquidẽ
animæ quib⁹ incubuissent uirtutibus, post
corpus euectæ, quom nec corporea, puro
uirtutum fragrantissimoq; fomite penitus
irrigatæ, eluuie onerentur atq; sordescant,
nec cœlestem quam perpetim respectu co-
gitationibusq;, dum uel adhuc corporibus
tenerentur pene possederant, unquam de-
scenderant faustissime reportantur. Hinc
profectæ. huc quod ne dum relinquerant,
habitaculum reposcentes, facile reuertũtur
Inde in corpora labuntur. ꝗs illo, (quæ, p-
merentur) redditio est. O terq; quaterque
beatæ. Cętero quo tempore hæc corpori
infundatur uariæ opiniones extitere. Nos
eam sequemur, quam ueram magis esse ar-
bitramur. Itaq; post quam in mulieris ute
ro ipsa seminalia recrementa, & quo a ui-
ri corpore ante defluerat, afformatricemq;
uim secum ab uiri anima traxerat, et quod
a muliere a cuius anima adæque uim eãdẽ
hauserat, p has ipsas uires dieb⁹ circiter qn-
q; et q̃draginta, sic sũt affecta, ut sex primis

diebus lac euaserint, mox tribus ab ijs lineata. Sequentibus sex continuo sanguis, duodecim alijs caro informis. Bisnonem reliquis figurata. Quibus tamen plerunq; adduntur subtrahunturq; soles. Tunc anima rationalis a sublimi deo creatur creataq; infunditur. Exindeq; corpus in omnibus officiorum functionibus suis, anima hac gubernatur ac regitur. Nec obstat quod ante completam hanc afformationem fœtus animæ functionibus, tum quia alebatur augebaturq;, tum quia presentiscebat, perfrui uisus est. Quandoquidem operationes hæ quæ ante cæterorum membrorum concreationem, animæ cuiuspiam cordi insidētis esse uidebantur, non ab anima quapiam, at a formatrice ui, spirituq; gignitiuo prodierint. Sed qualis nam obsecro isthæc animæ creatio? an a deo qui omnium, quęcq; sunt, quęcq; esse uidentur, & princeps, & prima origo, & est, & uocitatur sine medio, an fortassis ut Plotinus, & Proculus, alijq; Platonicorum nonnulli ab angelo concreari arbitrandum. Nobis hercle Dionisium Areopagitam Origenem et Aurelium Augustinum prȩcellentes platonicos animam a deo unico procreari ratos ea nimirum ratione fretos magis sequi libuit. Quoniam

Origenes
Augstin

anima

anima ex nihilo fit, non enim quom simplex sit, ex rebus ullis prius existentibus, pcul positis, deinde in unum coactis generari quiuit, hoc siquidē ex pluribus partibus componi, non partibus carere apertissime esset fateri. Neq; ex materie uisceribus fomiteq;, prius informi, subinde afformato, quippe quæ supra materiā sit, eruitur, quare ex nihilo fieri anuere cogimur. At post nihilum e uestigio ipsum simplex et absolutum esse sequitur, quod esse dei propriū est cunctis tribuere. Quandoquidē quod naturæ alicuius particeps euadit, eā ipsam naturam absolutam producere nequeat quia quod tale aliquid secundum participationem existit, id quod absolute tale est, sequi operępretium est, imo etiā sit per illud quic quid ipsū est, quia si hoc illud gigneret, certe quod est posterius, & rem se ipso priorē, & sui ipsius causam, quinimo & se ipsū cō crearet. Quoniam autem (quantum ad essendi naturam attinet,) quicquid sub deo ē ipsius esse particeps, & creditur, & est, sequitur ut res nulla deo subiecta ipsum esse producere ualeat. Quo fit, ut anima a deo nō etiam ab angelo procreetur. Sed forsitan adhuc quispiam ambiget, animam a deo inquiens ceu opifice primo primi etiamnū platonici

Obiectio

platonici creari consenserunt. proindeque angelum huiusce instrumentum creationis esse concedunt. Etenim opinio hæc ideo absurda censetur, quoniam instrumēto natura hęc ineſt, ut ipsum ab alio motum moueat aliud, subiectum aliquod afficiat, formaq; principalis agentis per temporis interuallum in subiectum traducat. At creatio neq; subiectum exigit, neq; motu, neq; temporum impendijs absoluitur. Rursus quom inter nihil & ipsum esse infinitā, (tū quia in nihilo nulla adesse ipsum proportio est, tum quia hac maior distātia ulla aut excogitari nequit) distantiam esse conspicuum sit. Quam sane & proportione et fine carentem, una ea uis quæ nullam ad alias uires proportionem optineat, quæq; fine careat, transcendere possit. Creationis profecto opus immensam exposcere uirtutem constare putandum est. Quid autem absurdius, q̄ ad id exequēdum, uim (quæ in deo immensa est,) in angelo, (cuius natura terminata sit) prius terminari, exinde uero opus illud quod ad immensam spectat uirtutem peragere. Quare a summo fine medio animula deo & procreatum itura est, & procreatum itur. Hinc barbarum quēdam Dinantem manicheosque ridere licebit.

licebit. Qui dei portiões quaſdam animas noſtras uel deum ipſum eſſe crediderint. Quandoquidē neq; deus poſſit, aut in multas diſcerpi animas, (ſumma ac ſimpliciſſima unitate diuidi nequeunte) aut plurium animarum materiam fieri, ne animabus uilior euadat, ne ue ſubiecti uicē primus actū gerat. Deinceps uero non ab re fuerit an ea ipſa mortis immunis ſit addubitare. Animam certe mortis neutiq̄ capacem eſſe teſtimonio ſit, quoniā ex ſe mouetur quod ex ſe mouet, ſemper mouetur, quod autē ſemper mouetur immortale ē, anima igitur mortis expers euadet. At apud eum animæ immortalitas, qui eam ex ſe moueri non refellerit hac ratiocinatione cōſtare poterit, cui quidē platonicorum pariter atque ſtoicorum aſſenſio accedit. E diuerſo Ariſtotelis ſententia eſt, qui adeo nō acquieſcit ut animam non ſolum ex ſe haud moueri ſed ne moueri quidē penitus aſſerere & rationibus mōſtrare conetur. Cōtra quas Platonis ſectatores incœptū quo tam ualidam præceptoris finitionē ſauciare tētauerat ſubruētes ſeſe accinxerint. Etenim me tam mei immemorem, aut ita animatum, quo uel

Ariſtoteli

Aristoteli ex ingenio meo penitus resistere uel Platoni adesse putē, nemo, quisq̄ arbitretur. Interim tamen nostra sectæ utriusq; ad id communem rationem afferre iterest Animam per intellectum totam in naturā suam totam quando quærit, inuenit, considerat que se ipsam, per uoluntatem in eandem sese affectando, sese amando remeare inclaret. Quin etiam et per intellectum in intelligendi actum. quom se intelligere deprehendit per uoluntatē in uoluntatis actū uolente se quicq̄ uelle, reuoluitur, quod autem ita in se per operationem conuertitur, & per essentiam reflecti, (quando non minus cuiuspiam substantia ab corporis eluuie que operatio immunis habeatur) quid prohibetur. Quo uero cuiusuis rei conuersio sit, illinc et perfectio, igitur quę in se uertitur anima, ex se est. Ex se inquam triplici præcipue ratione. Secundum formam primo, quia per aliam formam non formatur alioquin nō ad se sed ad illā recurreret. Secundum fundamentum deinde, quia non sustinetur ab alio, non enim innititur alteri forma ea quę sibimet innititur quādo ad se ipsam adnititur. Postremo secundum simplicitatem, quia ex partibus haud constat. Nā quo pacto ea partium superficie forma

ex

explicatu. quę in ſuum centrum penitus re
plicatur. quod autem ita per ſe eſt, ſemper
eſſe quis hiſcat, quandoquidem quod eſſe
deſinit, aut quia a formatrice cauſa dereli-
ctum, aut a fundamento deſertum, aut in p̄
tes diſſolutum ideo deſinit. Id uero quod
in ſe ipſum reuoluitur refluitq; quia ſui for
ma, a formatrice cauſa non relinquitur, qa
in ſe ipſo manet, a fundamento nunq̄ deſe
ritur, quia indiuiduū in partes haud quaq̄
diſſolui poteſt. An præterea una omnibus
hominibus an multiplex ſit dubitationem Obiectio
non mediocrem habet. Multiplex profe-
cto hominis rationalis anima in multis cor
poribus fit, quod ex hominum opinioni-
bus affectibuſq; contradictoriis liquido cō
pertum eſſe poteſt. Etenim tanto contra-
dictoria inuicem magis q̄ contraria aduer
ſantur, quanto inter eſſe atq; non eſſe, quā
inter eſſe tale atq; tale, pugnantia maior ex
tat. Et ob eam rem ſi in ſubiectum idem, cō
traria congredi nequeant longe minus cō
tradictoria id poſſe exiſtimandū. Hinc uſu
euenit ut noſtrum quiſq; in ſe ipſo plane ex
periatur, mētem ſuam haud unquam rem
unam una affirmare prorſus atq; negare,
uelle penitus ac nolle. At in diuerſis homi-
nibus eidē rei ſimul aſſētiri & diſſētiri, uelle

&

& nolle, gaudere simul & dolere, obuium atq; inuentu facilimum est, quare non eadem auima hic & ibi, quando & non mens eadem, Cætero si una esset, quotiẽs eandẽ rem duo intelligerent, totiens absurda seq̃rentur, Esto enim quod fantasia tua aurũ excogitet. mea quoq; aurum, percontabimur an unam in utrisq; nostrum, speciem unamq; auri inteiligentiam capiat, an species geminas, geminasq; intelligentias, an potius speciem unam, intelligentias binas, an e diuerso sese res habeat. Diuisionis pars prima ea ratione refellitur, quoniam mente eodem intelligendi apud te, nunc et apud me, aurum cõcipiente, desineret quidem, ea una mens pariter apud me aurum considerare quum primum idipsum apud te deprehendere desierit, cuius contrarium in confesso est. Accedit ad hęc, q̃ momento eodem, una illa mens, una specie, unoq; intelligendi actu, de auro uno, adeo secum ipsa dissentit, uti apud me aurum, et spernẽdum dijudicet & aspernetur. In te uero prę cioſum adiudicet et affectet Tanta in iudicijs & affectibus ab uno quatenus unum est, principio prodire repugnantia nequit

Quamobrem quum neq; intelligentiæ neq; speciei, longe minus simulachrorum

diuersitate

diuersitate, utpote quæ in intelligentijs prius, priusq; in speciebus q̃ in iudicijs et affectibus differentiam pareret, euariatio consistet, ob id quum illæ desierint et has ipsas deesse, ecquis ibit inficias? Confugies ad hoc ut a duobus illis simulachris, unã quidem in mente speciem proficisci, atq; hanc eatenus geminas ad discrepãtes terminos intelligẽtias directas parere anuuas tibiq; confingas, At quis adeo mẽtis expers dixerit imaginum uariantiam speciebus q̃ intelligentijs propiorem (quippe quę illis cima sit,) intelligentias quidem differentes species uero minime diuersas moliri, Nec defuere qui a geminis auri simulachris, geminas quoq; menti species tribui asserere audeant, Quod ideo aures percellit, quoniam si simulachrorum conuariatio tantam quæ in speciebus diuersitatem parere suppetat, uim optinet, quando tamẽ hęc diuersis substantijs hæserint, quanto magis e specierum differentia differentiarum intelligẽtiarum, quippe quæ eidem mentis essentiæ coheræant, proficisci cõcedi par est, Quin etiamnum scisciti antibuę nobis responsuri sunt, an alterutra species seorsum ab altera intelligentiã gignere queat nec ne? Si neq; mens rem quampiam ni illius imagines

in

imagines in ipsa geminentur cernere mini
me compos erit, quarum proculdubio alte
ra superflua censenda est. Si potest utraq;
actū suum exercet, geminiq; a geminis spe-
ciebus intelligendi actus concreabūtur, nō
igitur a geminis unus. Non etiam defun
ctos arbitror qui à binis imaginib⁹, binas
auri intelligibiles formas exindeq; binas in
telligentias fieri confiteantur. At nos per-
contabimur, an se ipsis species eæ abscedāt
quod fieri nequit alioquin eas specie discre
pare fateantur necesse esse. An per subiectū
in quo sint? Minime gentium, quandoqui-
dem unicum esse contendant. An per ali
quid peregrinum, haud quaq̄, nihil enim
aliud hoc esse posset quam uel ad auri ima
gines uel ad ipsam auri rationem aspectus
Profecto attinēte ad auri rationem aspectu
utpote quæ una sit, non distabunt. Minus
multo ad auri simulachra respectu, si quidē
eatenus forma intelligentiæ conferre qua-
tenus simulachrorum aspectu absoluitur
inter omnes conuenit. Age imagines for
mæ illæ respiciant aspectuq; dissentiant, aut
aspectibus aspectus adiiciendi sunt, atq; de
posterioribus æque ac de prioribus litigan
dum, aut certe in geminis, mentes gemina
re operæpretium est. Diutius fortassis quæ

decuerit

decuerit cum ijs demente disseruimus, qui mente se priuant, quando eam ab humana mente segregant, quæ nihilominus usq; adeo illi familiaris extitit, ut neq; nos mentem sine mente adsciscere ualeamus, neq; illi mentem sine mente respuere. Porro ijs non Mauros solum, qui unam omnium animam crediderint uerum etiamnum Auerroicam mentem cõfutasse multiplicem in multis cõmonstrantes arbitramur. Talis quamq; ex sua, (p quam una est,) specie nõ euadit. At ex deo animarum corporũq; conciliatore, nõ quia in corpore diuisa, nõ quia ex materia uti corpus cõstet, non qa ex corpore ortum traxerit, unde igitur? Ni si quia diuina uolũtate corporis comes fit, quandoquidem deus simul initium, (haud tamen principium,) idem utriusq; præbeat, ob id neq; naturam eandem, neq; exitum similem. At initium ut antea diximꝰ idem & ob eam rem numerum eũdem tradidit. Quo fit ut animæ affectus ad corporis naturam, (quia initium comitatur corporis,) augeantur. Verum cur nouę quotidie animę adeo creant? Nũ ne cõstructo mũdo cunctas simul animas, quemadmodũ cunctos in mundi exordio procreauit angelos creare quiuisset? Id ita effectum, quia ali-

alioquin deum agere dedecebat, cēſemus? Nam ſi diu a corporū uinclis (quippe quæ ingenue quanto præcioſior ſit uita ſoluta quā corporeæ indigeſtæq; moli iuncta iudicaſſent,) ſolute uixiſſent. Corpora neutiq; (quatenus intellectuales ſunt,) unquam ingredi uoluiſſent. Neq; enim deus uel angelus liberam animæ uoluntatem cogere uolunt. Neq; ſecus quam perſuaſione mens mouetur. Quom igitur non ſimul ſed p ſucceſſiones atq; uiciſſitudines corpora in terris eius nutu generētur, hinc deus in dies animas parit. Quinimmo id ipſum rationi etiamnum conſonat, ut ſicut ſphærarum animi ſeu angeli per temporum moras ante ſphæras proprias concreati haud extitere. Sic q̄q; nec animę noſtrę ātę ꝓpria uehicula. Quamobrem & ſi cum corpore non deſinant, cum corpore ſaltem incipiunt. Ad de quod deus perpetuo angelos illuminat quare ſicut ſuperiores formare mētes nūq; deſinit, ita infimas mentes creare haud ceſſat perpetuam illic formationem molitur. hic aſſiduam creationem. Decet immenſam dei potentiam. Decet inquam ita eſe potentem, (continue aliquid ex nihilo pro creando,) mentium oculis oſtendere, ut perpetuo hoc effectu infinitam eius potētiam

clarius

clarius lucidiusq; agnoscant, eam in cœlis uenerentur, in terris ut ita loquar creantem admirentur. Deniq; quom animæ multę sint, corporibusq; incipiāt scrupulus restat. Obiectio
Quo nam pacto deo ad concumbentium libidinem momentis singulis, singulas animas procreare conueniat. Minime malum concubitus, (utpote qui ad bonum suopte ingenio institutus sit,) sed moderationis in concumbentium animis defectus malum censetur, ex quo generationem proficisci, ecquis excors crederet? at ex corporis concubitu omnium consensu generationem fieri dilucide constat. Cui generationi sublimis deus non ad coeuntium libidinem, sed præscriptam prouidentiæ legem, quæ & numerum, & tempora concumbētium ob rerum initio, uidet in æuo animas distribuit. Qua insuper cœli parte (quippe quę a deo cœlicola sint,) animulæ eę procreantur? Furor profecto furor est, in ijs quæ quom indiuisibilia atque materiæ prorsus immunia sint, (qualis rationalis anima censenda est,) nullo situ clauduntur, situm quæ rere. Nam sicut ubicumq; sol fulget, ibi & radij mittuntur. Sic ubicumq; deus adest, animus mittitur atq; creatur. At qua nam cœli parte in corpus descendit? Por

Porro quom deus extra locum loco omni adsit, atq; insuper anima minime loco claudatur, momentoq; creetur & adsit, neq; eā proprie descendere dicendum est, neq; qua parte descendat percontandum. Sed nobis tantisper una cum priscis cōfabulari liceat. Igitur si Platonicis credimus, cancro præcipue descēdere, uicissimq; per capricornum cancro oppositum ascendere arbitrādum. Atq; ob id illam hominum, hanc deorum ædem appellitant. Nam ter quaternis uniuerso elementis diducto. Tertioque eorundem quaternario ordine prępostero (terram ultimam constituente,) ad nos cōuerso, atq; cæteris in mediū redactis, in terram, tā ima q̄ summa postremitate desinente. Martia spæra ignis. Aer Iouis, Saturni aqua, cœlum uero, (quod & aplanes uocitetur,) terra habeatur operæpretium est. In qua Elisios puris animis deputatos fore cāpos antiquitas posteris intelligendum reliquit. Hinc Pytagoras primum nascētibus lactis alitum offerri ratus est. q̄ primus eis motus a lacteo orbe in huiusce uitæ inferna delabentibus inchoet. Hic Zodiachum cancro capricornoque tropicis signis intersectus ambiendo complectitur. Quo sane cancer lacteusque sese contingunt, ani-

ἀπλανής

Pytago

ma

anima descendens tereti, (quæ sola diuina est,) in conum defluẽdo forma producitur haud secus q̃ a puncto linea suboritur, ex puncto enim suo quod est monas, in diadẽ quæ prima sit detractio pertendit. Ob id nimirum essentiam hanc & indiuiduã & diuidua, Thimeus non iniuria expressit. Quoniam si diuinæ eius naturæ simplicitas cogitetur diuisiõis cuiusuis ignara reperietur sin per corporis membra diffusa diuisiõis obnoxia deprehenditur. Nec equidem de nihilo aut de uana adulatione ueniebat (ut mea fert opinio) q̃ prisci descensurę animę ac trepidanti, nouã ebrietatem, ebrietatisq̃ comitem obliuionem, in regione quæ inter cancrum & leonem extat, (sydereo illo liberi patris cratere illic locato, influente silua, indicante,) obrepere fabulose confinxerint, quando Theologi quoque animam quom ad corpus prima sui perductiõe trahitur ingruentem sibi hylem nouumq̃ materialis alluuionis potum, (non quidem purissima parte, quæ nectar deorum ue potus esse fertur, sed turbidiore, quam animarum potũ lethæumq̃ fluuiũ ueteres uocitauere delibutam) illic primum periclitari diuina rũq̃ rerũ qua quũ in cœlo erat cõscia illic primũ obliuisci, pculdubio suspicati sint.

Atq; ideo quum a ſimplici indiuiduoq; naturę fonte, per ædem hanc ad terrenum corpus, caducam regionem, mortalitatiſq; ſedem (quæ uita uulgo exiſtimatur) detruditur. eam mori (quod non extingui, ſed ad tempus obrui intelligi uolunt) quum uero animalis morte (ſurſū acerſita) abſoluitur, atq; ad ueras naturę diuitias, ad propriamq; libertatem per capricornū reuertitur, uitæ non niſi a ſapientibus deprehenſę cæteris eam mortem falſo opinantib⁹, fauſte reſtitui, prodidere. Ex quo iure euenit ut hanc deorum hominū ędem illā, cognominent. Eaſdem ſolis etiamnū portas phyſici eatenus nuncuparunt, quatenus in utraq; ſolſtitio occurſante, ſolis ulterior acceſſio inhibetur, per quas profecto de cœlo ī terras meare, et de terris rurſum in cœlum remeare (ut retulimus) animulæ facile creduntur. Attamen falluntur, qui hic ſecundum ſitū aſcenſum deſcenſū ue intelligunt. at quoniam luna cancri domina generationi proxima eſt. Saturnus contra, capricorni dominus remotiſſimus, hīc per cancrū ideſt lunarem uegetalem ſenſualemq; inſtīctum animas deſcendere opinantur, per capricornum uero hoc eſt per Saturnum intellectualemq; inſtitutum aſcendere aiunt.

Etenim

aiunt. Etenim Saturnum priſci mentem, qua ſola ſuperiora petuntur, nuncuparūt. Accedit ad hæc q̄ Capricorno Saturnoq; arida uis eſt qua dū ſpiritus ad intima con trahunt atq; colligunt, ad cōtemplandum aſſidue prouocant ac illiciunt. Contra lu naris humor ſpargit atq; dilatat & animu las circa ſenſilia diſtrahit. Iis itaq; rationi bus per capricornum animas aſcēdere per cancrum deſcendere non immerito autu mant. Inſuper quom corpori infundatur qua illius parte ingreditur? Dei iuſſu hęc ipſa in medium cordis punctum (quod eſt corporis centrum) ſano intellectu primum infunditur. Exinde per uniuerſa corporis membra, calore, ſpiritacea ſubſtātia, luccis ſeſe diffundit. Quod ſi ægrotatione media hæc ſoluantur. Extemplo ſeu ita dixerim colligit, atq; unde primum effluxerat ī cor refluit. Cordis calore. quod proprium il lius uehiculum cenſetur, oblitterato, cor ip ſum tandem deſerit. Non ſecus q̄ ocu lo clauſo ſolis lumen quod illi influxerat, inte grum effluit, quod non etiam euaneſcit ab oleturq;. ſed ſuum perpetuo ſolem ſequi tur. Quo autem pacto animo ſempiterno conueniens ſit, ut modo deſcendat in cor pus modo ab illo abſcedat aſcendatque?

& quorsum ludus hic in tribuenda corpo
ri uita & auferēda? Vitam corpori inpartit
eiq; includitur, ut singula incognoscat, ut
singulares formæ cum uniuersalibus con-
cilientur, ut cum radius diuinus, tum etiã
eius formulæ in deum reflectantur, ut ani-
ma sit beatior, ut inferiores animę uires ad
effectum progrediãtur, ut mundus ornet
ut sublimis deus colatur, Eidem uitam au
fert, ne diutius a melioribus, propter uilio-
rum operum ministeria, muneribus uacet
Atqui ut stellę ad sibi a deo iniunctam offi-
cij functionē explendam oculis nostris mõ
oriunt, mõ occidũt, spiritꝰ q̃q; nõ par; mul
ti, nouis assidue corpib? fabricatis, oculis
nostris mõ sese obijciũt, mõ sese subtrahũt,
Sic hominum animæ, alias in corporibus
apparent, alias delitescunt, in cœlosq; cœle
stes euolant Sed cur si cœlestes sunt a ter
ris pariter atq; corporibus, tam inuitæ di-
scedunt. Primum non omnes inuitæ sed
plurimæ sponte ac libentissime decedunt,
ob id apud Gethas Thracię populos puer
peria lugebantur, natiq; deflebantur, fune
ra ex aduerso ueluti sacra lusu cantuq; cele
brabantur. Noscentes & ipsi eam uitæ con
dictionem esse, ut mori plerũq; etiã optimi
portus sit. Subticeo philosophos religi-
osos

religiosos milites & alios complures Subticeo christianorum primitias, subticeo q̄ nō uniuersi emorientes lugent, lugent autē nascentes oēs & quasi inuiti a lachrimis terrenum hoc iter tanq̄ exilium infœliciter auspicantur. Demū in ijs qui mortem formidant horrentq̄, non tota ut ita dicā anima expaueſcit, siquidem pars ea quæ abscedēdo in melius pergit, nō modo semel, haud in uita decedit, uerum & quotidie sponte discedit, unde philosophis neutiq̄ terribilis mors quinimo familiaris atq̄ illis domestica est, necq̄ qualis post obitum puri animi habitus futurus sit eos latet, quando talem ferme quottidie in summo contemplationis fastigio experiantur. Quid enim aliud per philosophiam agūt, nisi q̄ animam ab corporis affectu rationemq̄ a sensibus ingenue seuocant. Quod totum, ut Platoni placuit mortis meditatio est, quandoquidem mors, animæ a corpore liberatio est, hinc p̄ mijs futuræ cōditionis perfecte ad integrūq̄ auspicatis, adeo ab interitus metu eorum cogitatio abest, ut ad moriendi desiderium promissæ beatitudinis cœlestisque habitaculi maiestate ultro ardentissime animentur. At ea animæ pars quæ corpori duntaxat alendo atque tuendo tributa est, inui

Mors.

inuita abit. Quoniam abeundo naturali quodam officio uacat atq; amicum suum deserit. Addeq; plurimi cruciatum, qui in discessu sentitur magis, q̃ discessum metuunt. Nonnulli suis operibus uisionem nõ meruisse diuinam putant, ac propterea pœnam & mœstitiam uaticinantur & timẽt. Pleriq; huiusce uitæ blandimenta, quibus protinus ab initio, (cupiditatum dulces insidias sub rationis iugo minime domãtes,) irretiuntur, ægre relinquunt, ac ideo in discessu dolent. Ex quo factum itur, ut animas. quas in se pronas corporis usus corporeæq; pestes effecerint, atq; in pecudes q̃dammodo ex hominibus reformauerint, pariter & corporis absolutionem perhorrescere, & quom necesse fuerit non nisi indignatas cum gemitu pelli sub umbras credi par sit. Cur non redeunt animæ? Redeũt saneq̃ plurimi si priscis fidem adhibere cogamur, argumento sunt. Gabinus qui quom ceruice sexti Põpei iussu recisa, uixq; cohærente tota die in littore exanimis iacuerit, occiduo iam profligato tempore atq; in supremã tempestatem declinante Pompeium, ex caris ue aliquem ad se ab inferis remissum, nonnullaq; renuntiare iussũ accedere, gemitu præcibusq; exagerata multitudine

Cur non redeunt animæ

multitudine petijt. Ex amicis plericq; uene re, multa is nunciauit, ueritatis indicium re liquit, cq; peractis mandatis protinus expira turus esset. Idcq; ita ut retulit euenit. Cor fidius natu maior secluſa, quæ inter mor= tuos aut uiderat aut audiuerat applosis ma nibus concinuit. Secq; a fratre iam pridem extincto, quo in loco aurum nullo conscio defodisset demonstratum uenisse, et alia ple raq; retulit. Mox expirauit, aurum ubi di= xerat repertum est. Vnus e uiginti uiris a= gros diuidentibus. Capuæ feretro elatus pedibus domum incolumis remeauit. Si mile quid Aquini obtigisse proditur. Ro mæ quoq; Corfidius materterę consors fu nere locatus reuixit. Auiola consularis in rogo uitæ restitutus fuit, flammaq; præua= lente rediuiuus crematus. Idemtidē Lucio lamiæ prætorio uiro accidisse fertur Nam & Celiū Tuberonem prætura perfunctū, a rogo relatum fuisse fama est. Proindeq; ijs atq; innumeris alijs exemplis animas re meare antiquitas, (forte falsi conscia,) sibi p suaserit. Adeo enim adhęc attonita uetustas fuit, ut incredibilia etiamnū dictu affirma= ret Platonici sub alijs quidem figuris eas re dire putant. Sed re uera quid opus est uete= ranū & emeritū militē ad pugnam redire? Corfidi

neq;

neq; ſecundum naturam reditus eſt, quoniam omnes redirent, quod ſi contra naturā ſtultum eſt reditum quærere. Nunquid in corpora noſtra quicq̄ animæ defūctorum agant? Nihil profecto rationem fantaſiāq; noſtram cogitationibus, uiſionibus, ſignis quottidie eas commouere inhibet, nos autem plerunque unde ueniant ignorare, nō unq̄ idipſum incognoſcere, ſolemus Indici
Arabs. A o eſt Arabs Auēzoar, qui a medico nuper defūcto per ſomnum optimum oculo ſuo ægrotanti præſidium accepiſſe exarauit.
Plato eorum animas qui occiſi ſunt interfectos hoſtiliter inſequi prodidit, hinc forte contingit, ut occiſi hominis uulnus, iacente etiamnum cadauere. in eum qui uulnerauerat, ſi modo ille comminus uulnus ipſū inſpexerit, ſanguinem rurſus eiiciat, quod quidem iudices uſq; in hodiernum diem obſeruauere. Idq; exemplo diuorum familiarium firmatur, qui cum Megeram aduēniſſent, alterq; ad cauponem, ad hoſpitem alter diuertiſſet, huic in ſomnis ille (quippe cui iteritus a caupone pararetur) ut ſubueniret: eum orare uiſus eſt. Qui primo nempe ſomno perterritus ſurrexit. Dein quom ſe collegiſſet, idque uiſum hecte faciendum duxiſſet, recubuit. Tum dormienti illi idem

idem rogare uisus ẽ, ut quoniam sibi uiuo nõ subueniſſet, suam saltem mortem haud inultam pateretur. Secꝙ a Caupone interfectum, in plaustrum coniectũ, atꝙ desuper stercus iniectum denunciauit utꝙ mane ad portam adesset, priusq̃ plaustrũ ex opido exiret, petijt. Hic eo somno commonitus, mane bubulco ad portam præsto affuit, ac ex eo quid in plaustro esset quęsiuit. Ille p territus, fugam arripuit. mortuus erutus ẽ. caupo re patefacta, pœnas dedit. Ob hæc nimirum geminas somnijs portas, ex ebore falsis, e cornu ueris deputatas eẽ uetustas adstruxit. Nam ubi quiete somno ue ab corporis functionibus paululum libere in trospicientis animæ aciem interiectum, nexuꝙ colligantis naturę obductum uelamẽ ad uerum usꝙ, uel se ipsa, uel alia quauis anima duce, quadantenus admiserit, de cornu existimandum est, quippe cui sors ea sit ut tenuuatum uisui quaꝙ uersum peruiũ sese obiectet At ubi idemtidem obtutum q̃ mox repulerit, eburneum censetur, quãdo & huic ita corpus natura densatum sit, uti quantumlibet attenuatum nullo uisu ad ulteriora tendente penetretur. Neque abre est ꝙ Simonides quom ignotum quendam humauisset, haberetque in animo nauem

natuem conſcendere, ne id faceret ab eo quẽ humi dederat, moneri uiſus eſt, alioquin naufragio periturũ, redijt Simonides, Cæteri naufragio interempti fuere. Magnus hic diuerſiſq; refertus documentis locus obiter inuitaret, utrum ne aliqua quieſcentis animi præſcita ſint, quaq; ratione fiant, an fortuita, (ut perq̃ multa,) res ſit? Et hercule ſi exemplis agatur, illicet paria fient. At q̃q̃ id unum a uino & a cibis proxima, atq; in rẽdormitione irrita eſſe uiſa propeçonuenire palam ſit, cæterorum fortaſſis contrari am eſſe rationem, non eam inficias. Quandoquidem & per ſomni quietem, & aliam quamuis a corpore alienationem ſenſibus ſopitis, phantaſmatumq; nubibus expulſis animum aut ſuapte natura ſuiq; ſpeculatione, (quod Platonici facile dabunt.) aut de monum præſignatione, aut ſuperiorũ corporum impreſſione, aut diuinæ uirtutis angelorum miniſterio illuminatione, (quod recentiores theologi indubie aſſeuerabũt,) pleraq; futura, quaſi tũc illa in ſupernis numinibus præſcripta oculata fide intueãtur uaticinari uel ex ijs apertiſſime inclaret.

Tum quia Socrates a falſis in iudicium accuſatorib⁹ tractus, futurã iudicibus primo pœnitentiã predixerit, accuſatoribus ruinã

Socrates

ciuitati

ciuitati seditonē. Exindecꝫ suę internitonis diem a numine per quietem monstratum præsignauerit. Tum etiam quia Therame nes in carcerem coniectus, uenenumcꝫ ob- Therame sorbens, Critiæ sibi aduersario citimā mor tem uaticinatus fuerit, quæ ut renunctiaue rat euenit. Quidam etiamnū Rodius no- uissimam uitam agens, sex ęquales nomini rauit, atcꝫ qui eorum primus. qui secundus & qui deinceps uitam obiturus esset, præ nunctiauit. Item Eudemio Cyprio graui admodum morbo laboranti in quiete, ęg- regiam facie iuuenem uisum, auspicantēcꝫ eū breui reualiturum, paucisꝫ diebꝰ Ty- ranū Pheræ Thessaliæ opidi Alexandrū aboliturum, atcꝫ Eudemium ipsum quin- quennio post, domum rediturum, paulo post conualuisse illum, Tyrannum interē- ptum fuisse, Eudemium peracto quinquē- nio, mortem obīsse, proindecꝫ eius animā in patriā remeasse Aristoteles prodidit. Sed et Calanus Indus iamiam spiritū emissurꝰ ocissimam Alexandro regi necem augura tus est, Pherecides quoꝫ Syrus ephesis di em obiens suum contra Magnaseos uicto riam uaticinatus est. Mille denicꝫ id genus uaticiniorum est, quæ ijs quidni miracu- lo esse possunt, quibus intellectum, (utpo-

te

utpote corpori repugnãtem) ultro corpo
ralia, sponteq; sua despicere abditũ est. Et e-
nĩ intellectus tunc sincere discernit clareq;
maxime, undeq; sibi futurorũ agnitionem
asciuerit, neq; difficile, neq; impossibile ar-
bitrandum. Quam uero mens ipsa corpori
aduersetur, Xenocratis, Origenisq; testi-
monio, qui sibi quo libidinis incendia pe-
nitus extinguerent, uirilia exusserint, cuiq;
palam fiet Necnon et priscorum sacerdo-
tum magnæ matri Saturno ue consecrato
rum, horum illi sese castrabant, ñ se excar-
nificabant. Cæterum nonne & christiano-
rum primitiæ, adeo ijs impendio maiora
horribiliaq; factitarunt, uti mundum nihil
miratum aliud magis constet? Mitto in
præsentia tanq̃ aliunde petendum explorã
dumq;, quod egredientes animas genñ de
monesq; (quos sibi protinus ab electionis
usu, mores eligendo, interim uitę duces ele
gerint) ad comunem omnnium iudicem
cunctas ducunt. Sententia lata priores abe
unt demones Malasq; malus uiolentusq;
demon trahit, bonos autem omnipotens
& immensus Iuppiter læte atq; tranquille
pducit, eę apud cęlicolas cęlites perẽni gau
dio tenent̃, ille apud inferos, utpote quæ le
thæum fluuium Phlegetontẽ, Acherontẽ
Cocytum

Cocytum. Stygem, Vulturem, immortale iecur tondentem. Tantalum. Ixionem, Sisyphum, Phlegiam. (quæ omnia illic fabulosa persuasio esse credidit) i semetipsis olim periclitatæ sint,) irreuocabili quadam lege torquentur cruciantur q̃. Nec cum Platonicis hoc loco, eas aut proprium oberrare cadauer, aut noui corporis non humani tã tummodo, sed & ferini quoq̃, electo moribus, quos in animali libenter exercuerint congruo genere, habitaculum ambire, omniaq̃ tandiu perpeti malle, quandiu cœlũ, (quod uel ignorando, uel dissimulando deseruerint,) ingenue euadant, arbitrãdum est Quamq̃ et hęc ipsa mystico quodam sensu sanctæ fidei dogmata efflictim adoleant.

Deinceps uero de motus tempore infantis differendum est. Mari quidem fœmellæq̃ promiscuum hoc atq̃ indiscretum est, ut si afformationis tempori, eius duplum adiiciatur, ex iis exurgente tempore motus cõpotes euadant. Verbi gratia. Triginta dierum spatio, afformatus, (ut de uno quod exemplo suffecerit edisseramus) iis sexaginta adiectis, nonaginta. (tres cõstituentes mẽses,) soles consurgent, hoc ipso mouebitur tempore, & sic uariis pro afformationis uarietate temporum impẽdiis motus cõpos

fiet. Partuum motionum tempora, uel imperitis, facili atq; indubitato modo ita mõstrata sint. Verum quia intelligentibus plerumq;, quibusdam comprehendendis rebus (quippe quas ratio non satis attingat) non minus priscorum auctoritates, quam eorundẽ debilis uanaq; ratiocinatio, conferunt. Maximum hĩc enarrationis nostræ patrocinium ordiemur. q; Hippocrates quoq; quom libro de pueri natura, puerulum dierum triginta tractu, fœmellã quadraginta & duobus confingi & prænuncti auerit & sanxerit, huic quidem quartum sui motus mensem, illi uero tertium præsignauit. Vnde ter triginta replicata tertium afflare mensem. Ter autẽ duo & quadraginta, quartũ paulo ue pl⁹, n eminẽ (mõne excors) præterit, quæ singula nostrę illi reputationi (imo uero peritiorum) magn opere quadrant. Nametsi fabricationis tẽporis triplicitati puerperij motionẽ attribuimus, non tamen in ipsis (quod dixi) temporum articulis, at assidue paucis posti dies (quibus serius) interdum ante (quib⁹ p æcox) id ipsũ euenire cõtenderi. Quod apud Hippocratem ita esse haud dubie in confesso est. Attamen nihil in ijs certi affirmare, nec meã ego in pleriscq; eorũ fidem obstringer

obſtringere auſo. Quin potius ad auctores (qui de dubijs rogentur omnibus, mõne tanto maiore eorum diligentia, uel cura uetuſtiore. eos ſequi aſtidio ſit) relegabo. quandoquidẽ & mares circa quadrageſimũ ſolẽ. fœminas circiter nonageſimũ moueri, complures diligentiſſime exploratum habuere. Nemo etiamnum id paruũ ac modicum exiſtimauerit, autorem alioquin eruditiſſimum Macrobium Hippocrate ſeptimo mẽſe naſcituris ſeptuaginta ḍierum ſpatio motum fieri annuentem citaſſe Halyabas auctor grauiſſimus partum &, ſexageſimo & ſeptuageſimo octuageſimoq; ſole, duplato dumtaxat fabricatiõis tempore, ſeſe uibraſſe teſtimonio eſt. Verum autem, (ut ingenue fateamur,) cuiuſq; motionis tempus, opus ingens occultumq; diuinitatis non extimo ut pleraq; pubetenus tactu uiſu ue, ſed fœmineo internoque prẽnoſci poteſt proindeq; quaſdã adhuc ſũmas tractauimus plura mox & diſtinctius. Nunc enim quadã auctorũ oĩum mixtura monita exhibentur, quoniam huiuſce rei interpretationem mens egreſſa, legẽtium animos per omnes receſſus, omniaq; latibula ueluti manuducere feſtinat. An eodẽ quo diximꝰ tẽpe dũtaxat pſẽtiſcat? Antea

sane q̃ mouere,(q̃q̃ tristius atq; sensu hebeti admodum obtusoq;,) infantem præsensisse,(credibile nempe)proditum est. Ob id q; actio hæc,incertioris partium dearticulationis,certioris illa indiga sit, hæc inualidius robur,ualidius illa exigit.Infans per umbilici annexum,(ut antea retulimus,)& alitur & augetur.Etenim umbilicum,(quem in putamine contentę uenę complent)quasi radicem ī utero obtinet hoc ipso sanguineum.(utpote de quo uitam aptissime mutuetur,)alimentum haurit. Nam umbilicares uenæ undiq; laterū tenduntur,fissæq; per minutissimas fibras usq; quaq; per uterum sparguntur ac passim disseminantur, & qua eæ desinunt acceptabula inchoātur in qua,(ueluti in mammas,)sanguinea alimonia a natura puerperio reponitur,quæ dum colligitur.sensimq; ex multis constitit acceptabula quasi corporis pustulę turgēt. Quare quādiu infans minor perstiterit,nec uberiorum admodum alimentarij sanguinis copiam fugere quiuerit,conspicua maioraq; uisuntur. At eo aucto considunt atq; exolescunt Ad exitum proficiscente longe minora(adeo ut obtutus aciem plane effugerint,) subinde redduntur. Quo tandem perfecto postremo, antiquitate,

cui

cui nihil ſcire negatum, omniaq; figmẽtis uelare licuit commento Saturni laneo uin culo per annum alligati, ad diemq; ſibi feſtum ſoluti præmonente oblitterantur abolenturq;. Cæterum per id tempus nono peracto menſe partuq; magnopere aucto, & fabrica propemodum cõcepti corporis abſoluta ad alendum & increſcendum, eidem permanãs ab utero cibus minime ſuppetit. Accedit ad hæc q; quum ſui impaciens effluendo ſit, alieni appetens haurien do efficiatur oportet. Quare de cruento alimento quod dulciſſimum ſit trahit, pariter atq; de lacte puſillum exhaurit donec in lucem ẽdatur.

ARISTOTELES DE SIGNIS quæ puerorum seminis emissionem, puellarumq; uiripotentiam prę-ueniunt. Caput Primum.

DE hominis generatiõe tũ prima in ute-ro, tũ posteriore in luce, & usq; in senectutẽ quẽadmodũ se habeãt, quę sue nãturę ratiõe eueniãt, loco hoc dicimus Quę inter marẽ. & fœminã differẽtia sit, & quibusnam partibus constet, ante expositũ est. Mas autem primum semen genitale magna ex parte incipit ferre, anno peracto bis septimo simul etiã pubescere incipit eo tempore, ut stirpes semen laturas primũ florere Alchmæon Crotionata ait, uox itẽ per id tẽpus mutari in sonũ asperiorẽ, inęquabili orẽq; incipit, q̃q̃ nondũ grauẽt, neq; enim acuta pręterea est, neq; tota æquabilis. Sed similis fidibus incontentis, et asperis, quod caprire denominãt, idq; potissimũ ĩcidit ijs qui rẽ uenereã incipiũt agere, ijs enim uox trãsit in sonũ uirilẽ. Abstinẽtibus uero e cõtrario fit, & si curã adhibeant (quod aliqui faciũt ex ijs, q̃ choreis indulgẽt) uel lõgo seruari tẽpore sine magna mutatione potest. Mãmę etiã extuberãt, & genitale nõ solum magnitudine, sed etiã specie proficit, euenit

id tempis,q̃ iã cõtrectari p libidinẽ cœpe-
rint,ut cum ſemen emittunt,nõ modo uo-
luptate,uerum dolore quoq; afficiantur.
Fœminis etiam per id tempus exurgunt
ubera,quod fratrare dicitur,& quę menſt-
rua uocantur,erumpunt, qd ſanguis qua
ſi recens occiſi animalis eſt. Quæ autem al
ba dicuntur,admodum etiam puellis eue-
niunt, et magis ſi cibo utuntur humidiori
Hęc incrementum impediunt corporis,et
puellam extenuuant, ſed menſes tũc pluri-
mis fiunt cum iam ubera ad duos digitos
prominent,& uox eodem tempore puella-
rum mutatur in grauiorem. Denicq; cum
mulier uocis acutioris, quã uir ſit tũ nat u
minores acutius,quam maiores ſonant,ut
& pueri,q̃ uiri acutius. Sed uox fœminæ a-
cutior eſt,q̃ maris.& fiſtula puellarum acu-
tior,q̃ puerorum eſt. Fit etiam,ut per id tẽ-
pus cuſtodiri prȩcipue debeat, maxime e-
nim ad uſum rei uenereæ incitantur, cum
hæc incipiunt,quod ſi iam inde nihil plus
cõmouere temperent,q̃ corpora ipſa,nullo
adhuc uſu uenereo,ſed ſponte mutentur,ſe
qui, ſeruaricq; temperantia ſolet per ætates
ſuperiores,nam & quæ admodum puellæ
concũbunt,libidinoſiores euadunt,& ma-
res ſiue altera parte,ſiue utraq; minus caue
rint,

cauerint, propensiores eodem efficiuntur: Meatus enim laxantur, redduntq; eo corpus lubricũ, & simul uoluptatis, qua olim gestirent memores, desyderio mouẽtur preteritæ contrectationis. Prodeunt nonnulli iam inde a primo ortu natura impubes, infœcundiq; propterea quod parte sui genitali fuerint deprauati. Mulieres etiam simili modo impubes a natiuitate possunt creari. Habitus quoq; tum marium, tum fœminarum mutantur, ut sint uel sanitati uel morbo habiliores, & uel graciliores uel pleni, beneque uegeti, nam a pube ex macilentis crassescunt, euaduntq; saniores, alij contra, quod pari modo puellis etiam euenit, qui enim pueri, aut quę puellæ excrementis antea corporis redundabant, cum ea ipsa excrementa una cum semine aut mensibus secernantur, saniore ob eam rem corpore efficiuntur, atq; uegetiore. Iam enim ea, quæ sanitati alimentoq; obstent, exeũt. At uero quibus contra antecesserit, ijs corpora graciliora, & morbis opportuniora reddũtur. excernitur enim de ipsa natura & bene habitis cum aut semen, aut menses prodeunt. In puellis item diuersitas uberum est, alijs enim admodum magna, alijs exigua sunt. Euenit sane, ut corpora immodice crescant

cum puellæ excremẽtis redundant, futuris enim adhuc & nondum profluentibus mẽ ſtruis, quo plus cõtinetur humoris, eo magis efferri, ſurſũq; impelli neceſſe eſt, donec infra erumpatur. Itaq; quod interim incrementum mãmæ acceperint, ſeruant poſtea maribus etiam mãmę conſpectiores, & fœminatiores, tum iunioribus, tum ſenioribꝰ efficiuntur, qui humidiores, leuiores, nec uenulẽti ſunt, eorumq; ipſorum ijs magis, qui fuſci, q̃ qui candidi ſint. Semen, pfecto infœcũdum uſq; ad ter ſeptimum annum eſt. Mox prolificum quidem eſt, ſed exigua imperfectaq; generant. Iuniores & mares, et fœminæ, ut in cæterorum quoq; animalium genere plurimis euenit, concipiunt quidem facilius natu m nores, ſed laborant in puerperio uehementius, corpore etiam minus magna ex parte perficiuntur, & ſeneſcunt celerius mares ſalaces & mulieres, quæ frequentius pariant. Nam ne incremẽtum quidẽ poſt tertium partum effici poſſe uidetur, ſedantur autem, temperanturque melius, quæ in rei uenereæ uſum luxuriãt, cum partum multoties exercuerint. Sed poſt annum ter ſeptimum mulieribus quidem opportune iam procreatio ẽ, ſed uiris item accedere aliquid poteſt ad prolem pfectiorem

perfectiorem. Semina infœcũda sunt, quæ tenuia, fœcunda, quæ grandinis speciem referunt, eademq; potius marem fœtificant, contra tenuia, nec globulenta fœminam gignunt. Mentum etiam maris ea ætate pilis integitur.

De menstruis mulieris. Caput. 12.

Profluuium autem mensium decrescente luna cõtingit, quamobrẽ nonnulli cauillo sexum fœmineum lunæ tribuunt, quoniam simul, ut illa decrescat, & mulier purgetur, moxq; repleantur ambę eueniat, paucis menstrua singulis mensibus mouentur sed uno ĩtermisso plurimis facilius agitur, cum ijs, quibus breui tẽpore, hoc est biduo aut triduo profluunt, sed quibus longum protrahitur, difficilius, laborant enim id tẽporis alijs namq; uniuersim hæc purgatio fit, alijs paulatim. Attamen omnibus corpus grauatur, quamdiu effluat humor. Multis etiam cum menstrua cĩtantur, & eruptioni propinqua sunt, strangulationes uuluarum sequuntur, & crepitus, donec erumpant. Conceptus mulieribus a profluuio menstruorum sua natura contingit

&

& quę ijs carent, steriles magna ex parte exi
gũt, uerum fieri potest, ut aliquæ etiam sine
eorum profluuio concipiant, uidelicet qui
bus tantum humoris colligitur. quantum
ijs, quæ purgantur, restare solet, quanq̃ nõ
tãta copia, ut & foras possint profluere, nõ
nullæ etiam dum profluunt menses, conci
piunt, postea concipere nequeunt, quibus
uulua statim a purgatione cõprimitur. Sũt
quibus pręgnantibus etiam menstrua usq;
in postremum gerendi tempus eueniant,
quibus accidit, ut parua pariant, & proles
aut minus uitalis, aut infirma procreetur.
Multis etiam desyderio coitus, quo uel iu
uenilis ætatis ratione, uel quia longo tem-
pore abstinuerint, tenentur. descendens ute
ri, & menstrua sæpe ter in mense citantur,
donec concipiant, quo facto ascendunt, &
suo situ constituuntur, nonnunquã & si cę
tera bene se habet uterus, humidus tamen
est, respuit semen genitale si humidus sit.
Omniũ autem animaliũ (ut ante dixi) mu-
lieribus inter fœminas plurima hæc purga
gatio euenit. Nã ijs, quæ nõ pariũt animal,
nihil tale mouet, propterea qd hoc materię
superuacuũ uertitur in corporis alimentũ
Sũt enim nõnulla maribꝰ suis maiora, atq;
etiã alijs in corticem, alijs in squamam, alijs
in

in frequentiam pennarum absumitur. Terrestribus quoq; animal parientib⁹, i pilos & corpulentiam trāsit. homo enim leuior cæteris est, atq; etiam in urinam diuertitur, plurima enim ex cæteris largius mingunt, & crassi⁹ue At mulieribus uice eorū, quæ dixi omnium, quantum superuacuum sit, in purgationem mensium uertitur. quod in maribus quoq; simili fieri modo percipimus, seminis genitalis ratione, plurimū enim omnium animalium emittit, comparatione dico magnitudinis suæ, & uero inter ipsos mares, qui humidiores natura sūt, nec ualde carnosi plus reddunt, atq; etiam plus candidiores, quam fulci, nec secus in mulieribus fit, corpulentis enim multum menstrui excrementi in corporis alimentū transit, & in usu quoq; rei uenereæ candidiores sua natura plus, quam fuscæ euaporāt præparatur hoc amplius usu ciborum humidorum & acriorum.

De indicijs conceptionis, & quot dierū spatio mas, quot item fœmina in utero muta tur, deq; abortionibus. Cap. 3.

Indiciū mulierē nā cōcepisse, cū statim a coitu locus siccescit, fit certe, ut si oris quo

concipitur

concipitur labra sũt leuia, inepta sũt ad cõ
ceptũ, labitur enim & effluit semẽ, nec uero
si crassa sũt, cõmode usum præstãt, sed si ad
digiti tactũ asperiuscula, & hęrẽtia sint, atq;
etiam si tenuiora ita cõmode ad concep ti-
onem habent. Talis igitur pręparandus est
uterus, qui cõcipiat, qd' si facere ne cõcipiat
placet, cõtra agendũ est. Nam si labra sint
leuiora, concipere nequeat. Quãobrẽ non
nullæ ut semen incidat, ante uuluam ex o-
leo iuniperino, aut ex ceruſa, thure ue exci-
piẽtes oleo, illinũt, sed si in septimũ diẽ in-
tus permãserit conceptũ iã esse certũ est, nã
quę effluxiones uocant, intra tot numero
dies fieri solẽt, purgatiões autẽ accedũt plu
rimis, cum cõceperint ad tempus quoddã
scilicet triginta dierum, maxime si concep-
ta fœmina est quadraginta, si mas. A partu
etiã purgationes eodẽ dierum numero cõ
sequi uolunt, q̃q̃ non æque ita diligenter e-
ueniunt. At uero post conceptum et dies
quas, modo dixi, non item secundum natu
ram inferius agitur, sed in ubera transitur,
& lac efficitur Cuius nota inter initia exi-
guo quodam, & araneę propemodum spe
cie apparet in mammis, cum iam conce-
perint, sentiunt præcipue suis ulibus, hæc
enim nonnullis statim pleniora efficiuntur

quod

quod ijs. quæ graciliores sunt euidentius accidit. Inguina etiam sentiunt. & conceptui argumento esse possunt. Mares fœtus magna ex parte circa quadragesimũ diem dextro potius latere mouentur. fœminæ sinistro. circiter nonagesimum. Nihil tamen certi in his affirmari licet. multis enim ferẽtibus fœminam. motus agitur in dextro, & contra in sinistro, gerẽtibus marem. Sed enim hæc, & reliqua huiuscemodi, ut differunt, eo quo magna ex parte. & magis, minus ue accidit. sic accipimꝰ. Finditur etiam fœtus hoc eodem tempore, cum ante carũcula informis constaret, effluxiones uocantur. quæ intra septimum diem corruptiões incidunt. Abortiones autẽ. quæ intra quadragesimum. Et quidem plurimi fœtus intra tot numero dies deprauantur. Mas qui quadragesimo die exierit, si in quod ius aliud mittatur. diffunditur atq; aboletur. Sed si in aquam frigidam cogitur. cõsistitq;, ueluti in membranula, qua rupta fœtus ipse apparet magnitudine formicæ maiusculæ, & membra iam inde discreta, tum cætera omnia, tum genitalia constant, et oculi quẽadmodum in cæteris animantibus prægrandes. Sed fœmina, quæ intra tertium mensem eruperit, indistincta est, quæ autem

autem quartum adepta est mẽsem, fiditur & reliquam distinctionis effigiem, breui tẽpore accipit, cum itaq; fœtus in utero formatur, fœmina tardius, q̃ mas perfectionẽ quarumq; partium recipit, & sæpius in decimum mensem, q̃ mas protrahitur. Sed cũ in lucem prodierit, fœmina ocyus, q̃ mas & accrescit, & ætate floret, & senectute maceratur, & magis, quæ pluries pariũt, ut dictum iam est.

De ijs, quæ a conceptione ad partũ usq; mulieribus eueniunt, quo ue tẽpore pariant, quotq; uno partu parere possint. Caput. 4.

Cum semen conceperit uterus, statim se contrahit, donec ad septimum mensem uẽtum sit, octauo iã adaperitur, atq; dehiscit, & partus si uiuit, descendit mense eodem, sed si mortuus est, neq; ipse descendit, nec uterus per id tempus dehiscit, idq; indicium facit, fœtum haud quenquã esse uitalem. Euenit profecto, ut mulieres a cõceptu corpus, totum grauentur, & oculorum caligines, & dolores capitis moueantur, quæ aliijs, maturius est, & fere die decimo accidũt alijs serius, prout magis, minus ue ex materia

materia supe ruacua tentantur. Nauseæ itẽ & uomitus plurimas capiunt, & præcipue quibus purgationes constiterint, nec dum ad ubera transeant. aliquę igitur principio magis laborant. Alię post. cum iam fœtus plenius creuerit. Sępe etiam multis destillatio urinæ ad postremũ infestat, sed magna exparte, quę marem ferunt. facilius exigũt minusq; pallent. Contra, quæ fœminam sunt enim pallidiores; & grauius degunt. Multis etiam tumores, extuberatiõesq; carnis in cruribus incidunt. Sed tamen cõtra etiam nõnullis contingit, solent appetitus uarij grauidis euenire, citoq; commutari quod picare quidã a pica aue denominant & nimirum cum fœtum sexus fœminei ferunt, auidius appetunt, minusq; re frui iam præsẽte, q̃ cupierint, possunt. fastidiũt enim statim. quod modo uehementer appeterẽt. paucis contingit, ut melius habeant, cum uterum gerunt, sed præcipue tunc fastidiũt t ædioq; fatiscunt, cum fœtui capillus oriri incipit pili congeniti grauidis defluũt, pau cioresq; redduntur, contra qua parte pilos minime habere solebant, eo magis accipiunt, pl⁹ etiam motus magna ex parte mas in utero ifert, q̃ fœmina, & celerius prodit. Fœminæ enim partus tardior est. Dolor

etiam ex fœmina continuus, sed obtusior, ex mare acer, & longe molestior. Quæ paulo ante partum concumbunt, facilius pariunt. Parturire interdum mulieres uidẽtur, cum tamen tempus non sit, sed quoniam fœtus inuertit suum caput, ideo initiũ hoc esse parturiendi uidetur. Sed cum cætera animalia omnia singulari, ac simplici modo partum suum perficiant. (Vnum enim pariendi tempus statutum omnibus est) nomini uni multiplex datum est. Nam et septimo mense, & octauo, & nono parere potest, et qđ plurimũ decimo, nõnullę etiam undecimum tangunt, fœtus, qui maturius, q̃ septimo mense prodeat, nullo pacto uitalis est, qui septimo uitalis quidẽ hic primus exit. sed magna ex parte infirmior. Quam obrem cunabulis ex lana eum obuoluunt & fascijs alligant. Meatus etiam nonnulli infissi, ut aurium, aut narium, sæpenumero generantur, sed accrescenti articulantur infanti, & demum suam formam recipiunt, & plerique de his quoq; septimo natis uiuere, atque adolescere possunt. Qui autem mense octauo nascuntur, uiuere, ac adolescere in terra Ægypto possunt, & quibusdam alijs locis, ubi mulieres fertiliores sũt, multosque simul & ferunt facile, & pariunt,

pariunt, etiam si monstruosi sint, sed locis Græciæ multi intereunt, nec nisi perpauci seruantur, unde fit, ut siquis seruetur, non octauo mense natus existimetur. sed mulierem sui conceptus initium latuisse, infestatur maxime mulieres mense quarto. octauoq;, & si uel quarto. uel octauo fœtus perierit, ipsæ quoq; magna ex parte intercũt. itaq; fit, ne solum mense octauo nati non uiuant. sed etiam ipsis emortuis periculum quæ pariunt, subeant. Simili modo & qui diuturniores, quam undecimo mense nasci uidentur, latere putantur, latet enim mulieres conceptus initium, si cum ante inflatus fuerit uterus (ut sæpe accidit.) post coierint, atq; conceperint, hoc enim principiũ esse sui conceptus existimant. quod simile indicium attulit. Ita multiplex perficiendi tempus, pariendiq; diuersum homini datum est. Et cum alia singulos pariant, alia plures, genus humanũ in ancipiti est Nam quod plurimum, & locis plurimis agitur, mulieres singulos singulæ pariunt. Sed sæpe & locis pleriscq; geminos etiã, ut in terra quoq; Ægypto fieri certum est. pariũt etiã tres, & quattuor. & quidem locis nõnullis ualde ita fit. quod dictũ iam est. sed quinq; cum plurimum nascuntur. Iam enim hoc

pluribus eueniſſe conſpectum eſt,& quędā uiginti,partubus quattuor, ędidit quintos enim ſingulis partubus enixa eſt, maiorq; eorum pars enutriri,& adoleſcere potuit. Et cum in cæteris animalibus gemini nati etiam ſi mas, & fœmina ſint, nihilominus enutriantur,ſeruenturq;, q̄ ſi mares ambo, aut fœminæ ſint, in genere certe humano pauci gemini ſeruantur,ſi alter mas ſit,alter fœmina.Mulier et equa omnium maxime animalium grauidæ coitum patiuntur,cætera ubi grauida fuerint,fugiunt mares, ea .ſ.quorum natura ſuperfœtare more lepo-ris recuſat,uerum equa nunq̄ ſuperfœtat, ſed magna ex parte unum tantūmodo ge-nerat. At uero in muliere raro quidem eue nit,ut ſuperfœtet,ſed factum tamen aliquā do eſt. Qui itaq; longo poſt tempore ſint concepti,nihilo perfici poſſunt,ſed pręmaturius dolorem,quo ipſi,& primus fœtus intereat,mouent,iam incidit ut facta corruptione duodecim ſuperfœtata puerperia egerētur. At uero ſi proxime a primo cōcep tu ſecundus ſit factus, abſolui ędiq; poteſt, quod ſuperfœtarit ut quaſi gemini naſci uideant, quomō Herculē,& Iphiclē,creatos eē fabulant. Nā id etiā cōſtitit adultera quadā,quę alterū ſuo marito,alterū adultero ſimilem

ſimilem peperit. Iam & cum geminos quæ dam ferret. tertium ſuperfœtauit, & cum tẽ pus pariendi iuſtum iam eſſet, primos uita les peperit, ſecundum quinto menſe eliſit, qui ſtatim mortuus eſt Altera cum primũ ſeptimo peperiſſet. qui mortuus eſt, mox duos iuſto menſium numero ẹdidit, qui ui xerunt, quædam etiam ſub abortu cõcepe rant, atq; alterum abegerunt, alterum con= tinuerunt, pertuleruntq; ad partum, pluri= mis, ſi concubuerint menſe octauo, infans mucore oppletus exit, eſculentorum etiam quæ mater comederit, ſæpe gerulus uenit in lucem, & ſi ſale immodice uſa eſt, ipſe ſi= ne unguibus naſcitur.

De lactis bonitate, & malignitate, deque menſtruorum muliebrium fine.

Caput, .5.

Lac quod ante ſeptimum menſem con= tractum eſt, inutile eſt, ſed ſimul infans nata lis eſt, & lac eſſe utile incipit, prius autẽ ſalſũ etiam eſt, ut pecoris. Vino præcipue cũ ute rũ ferũt plurimẹ infeſtanť, diſſoluunť enim ſi biberĩt, atq; debilitanť. Principiũ & finis mulieribus prolis recipiendẹ, maribus prẹ bendẹ, ſeminis, & menſtruorum emiſſio eſt Sed neq; cũ incipiunt ſtatim, plifica ſũt neq;

cum desinunt, et iam pauciora sunt, et infirmiora. Quanam ætate incipiant menstrua & semen, dictum iam est. Sed desinunt plurimis menstrua circa quadragesimum annum, quod tempus quæ excesserint, iis ad quinquagesimum seruantur, etiam nõnullæ eo tempore pepererũt, sed ultra hoc tempus nulla potest protrahere.

Vsquequo maribus sit generandi facultas, & de prolis similitudine cum parentibus, uel cum alijs. Caput. .6.

Mares plurimi ad sexagesimum generãt quem si excesserint, ad septuagesimũ usq; procedunt. Etiam quidam annos suptuaginta nati genuerunt. Euenit sane multis & mulieribus, & uiris. ut qui coniuncti inter se nequeant procreare. ubi dissociati se iunxere cum alijs. queant, quod idẽ in maris quoq; aut fœminæ procreatione nimirum euenire certum est, plerumq; enim tũ mulieres. tum uiri, quandiu cum eisdem iũguntur, fœminam tantum, marem ue procreant, seiuncti autem contra. Ætatis etiam ratione immutantur, ut iuuenes inter se fœminas generent, seniores facti mares, aut cõtra. Ratio quoq; generandi, omnino discrimen hoc idem recipit, ut iuuenes nihil procreent, seniores iam incipiant generare.

Aut,

Aut contra ut qui ante posſent, post nihil posſint fœtificare. Sũt etiam aliquę mulieres, quæ uix concipiãt, sed si conceperint, perficiant, atq; edant. Aliæ contra, facile q̃dem concipiunt, sed seruare non posſunt. Sunt et uiri, qui non nisi fœminam procreent & mulieres. quæ non nisi marem, et cõtra, ut de Hercule fabulãtur, qui inter duos & septuaginta liberos fœminam unam tãtummodo genuit, quæ concipere nequeãt si uel cura adhibita, aut aliquo casu conceperint, fœminã magna ex parte pariũt potius, q̃ marem Multis etiam uiris euenit, ut cum antea posſent generare, post nequeãt, deinde rursus facultatem recipiant generãdi. gignuntur læsi quoq; ex læsis, uerbi causa, claudi ex claudis, & cæci ex cęcis, denicq; similes sæpenumero in re, quæ præter naturam comitetur, & signa habẽtes sibi cognata hæreditaria ut uerucas, ut neuos. aut cicatrices, aut quid aliud generis eiusdem. Iam tale quid uel tertia prole post regeneratum est. ut cum quidam suo in brachio puncti notam haberet. filius non id retulit, sed nepos ea corporis parte nigritiem quãdam habens confusam prodijt, sed raro hæc eueniunt. Integri autem ex mancis ne gignantur. nulla res obstat, & sæpissime ita agitur.

similes etiam aliqui parentibus, aut auis, su isq; maioribus generantur. Aliqui similitudinis nihil referunt. redditur etiã uel post plures eiusdem prosapiæ, ut in Sicilia eius, quæ adulterium cum Æthiope cõmiserat, filia non colorem patris Æthiopis retulit, sed qui natus ex hac ẽ, is auum Æthiopem regenerauit. Fœminæ magna ex parte matri, mares patri proueniunt similes, sed fit etiam e diuerso, ut fœminæ patri, mares matri similes procreẽtur, particulatim etiã similes fiunt, ut alia corporis parte similes sint patri, alia matri, gemini, uel dissimiles iter se nati iam sunt, sed plurimi magna ex parte similes prodeũt, nam & quædã cum septimo die a partu concubuisset, concepisset q;, peperit similẽ superiori quasi geminũ Naturę etiã ratione aliæ sibi, aliæ suo marito similes generat, ut equa pharsalia cognomine iusta.

Quomõ semẽ genitale informet. Ca. 7.

Cum semen genitale exit, spiritus antecedit, & quidem ipso exitu constat agi cũ spiritu, nihil enim procul sine uiolentia spiritali proiici potest. Tum insinuatum in utero diu q; contentum membrana obducitur. quippe quod anteq; discernatur exeat uelut ouum in sua mẽbranula contectũ, detracto putamine,

putamine,membrana autem ipsa uenis re-
ferta est.omnia uero tum natilia,tum pede
stria,tum etiam uolatilia siue animalis,siue
oui forma proueniunt,simili modo gignũ
tur,nisi quod alia umbilicum habeant uul
uæ adherentem,uidelicet quę animalis for
ma enascũtur,alia ouo, alia utroq; modo
ut in quodam piscium genere,& alia qua-
si membranis cõtinentur, alia secundis,pri
mum intra ultimum inuolucrum animal
gignitur, mox altera membrana obuelat
plurima quidem sui parte uuluæ adhærẽs,
sed parte etiam seiuncta,et aquam continẽs
humor autem inter has cruẽtus,aquosusq;
est,quem mulieres proferum uocant.

De alimento animalis in utero existẽtis,
deq; hominis statu in eodem.

Caput. .8.

Augentur animalia omnia, quibus est
umbilicus,per ipsum umbilicum. Hic ace-
tabulis uuluæ adhæret si sunt. Sed si leuis
sit,uulua ipsi uuluæ adhæret uena subiecta
situs in utero quadrupedum omnium extẽ
sus est, expedum autem obliquus,ut pisci-
um,bipedum uero inflexus, contractusq;,
ut auium,homo etiam in semet congloba-
tus sic gestat,ut nasum inter genua, oculos
sup genua,aures extra genua habeat oĩbus

æque animalibus caput primum superius est, sed cum creuerint, & iam exitum appetant, deorsum deducitur. Ita fit, ut omnib⁹ partus secundum naturam in caput, cõtra naturam in pedes, aut iflexo circumactoq; corpore agatur, quadrupedes uel excremẽtum iam inde habent. & alui, & uesicæ, alterum in postremo intestini, alterum in ipsa uesica. Quibus in uulua acetabula sunt, fœtu accrescẽte, acetabula ipsa subinde minuuntur. postremo abolentur omnia umbilicus autem uelut putamẽ est circa uenas quarum origo ab utero est. aut acetabulis si habentur, aut uenæ commissa est. Sunt fœtui maiori, ut boui quattuor uenæ, minori duæ, minimo una, ut auibus pertinẽt duæ ad fœtum per iecur, qua portas appellant ortæ a uena maiori, reliquæ duæ ab orta, qua finditur, & duæ de una efficiuntur. Vtrumq; uenarum per membranulæ ambiunt, & membranulas ipsas ambit, uelut putamen umbilicus. Collabuntur subinde uenæ, & quo fœtus amplius creuerit, eo ad ductius ipsæ contrahuntur. Fœtus autem grandescens caua uteri subit, ubi palpitans iam sentitur, & circa genitale parentis interdum uoluitur.

De doloribus mulierũ in ptu, et quę facile

quæue

quæue difficulter pariant Caput. .9.

Cum mulieres parturiunt dolores multas quidem in partes incumbunt. Sed plurimis ad alterutrum femur. Cæterum quibus aluum tormina uehementer exercent, ocyſſime pariunt. Quæ lumbos dolent, uix pariunt. Quæ imum uentrem expeditius, ſi mas naſcitur, pfluit ſanies diluta pallidiuſcula, ſed ſi fœmina cruenta, uerum ea quoq; p̃humida eſt, ſed fieri quoq; poteſt nonnullis, ut eorum neutrum accidat. Cæteris animalibus partus non laborioſi euenium, minus enim cum parturiunt, infeſtari uidentur. At mulieribꝰ dolores uehemẽtiſſimi incidunt, & præcipue ſtabilibus, & ſellularijs, & quibus non bona latera ſunt neq; facultas retinendi ſpiritus ſupperit, difficilius ẽtiam ẽdũt, ſi interea dum per uim retinent, coactæ, eruperint reſpirationem. primum aqua illa ſubter cutem fuſa per fœtus motionem. ruptis membranis effluit, deinde fœtus inuerſo utero. & ſecundis inerne euoluentibus, foras uenit in lucem.

De obſtetricis cura, & de infantis exitu, de tarditate durationis oſſium, & dentiũ amiſſione. Caput. .10.

Iam uero & obſtetricis officium pars in genij

ingenñ, perſpicaciſq; intelligentiæ eſt, non ſolum enim difficultati partus opportune expediteq; ſuccurrendum eſt, ſed etiam cõtra ea, quæ accidant protinus agendum ingenioſe, & in ſecando, deligandoq; umbilico infantis prudentia requiritur, & peritia nam ſimul ſecundæ quoq; exciderint, uellere umbilicus cum ſecundis alligatur, ſuperiuſq; præciditur, qua autem deligatum eſt cohæreſcit, & pars continua decidit. ſi copula, amentumq; diſſoluatur, fœtus ſanguine effuſo emoritur. Sed ſi ſecundæ non ſtatim cum fœtu exierint. dum intus ipſæ, foris autẽ infans ẽ, deligato umbilico ſecatur. ſæpe uiſus eſt puer emortuus naſci, cum ei infirmo priuſq̃ deligaretur umbilicus, ſanguis in umbilicum, & circa efflueret. Sed iam aliquæ obſtetrices factę peritiores re primũt intro de umbilico ſanguinem, quo facto ſtatim infans, qui modo exanguis deficiebat, recreatur, uitæq; reſtituitur. Naſcũtur (ut dictum eſt) ſecundum naturã cętera etiam animalia uerſa in caput. Sed pueri manus quoq; ad coſtas porrectas, extẽſaſq; habent. Qui, cum exierint, uocem ſtatim emittunt, & manus in os admouẽt, excremẽtum etiã reddunt. alñ ſtatim, alñ breui. ſed oẽs intra diẽ, qd excrementũ pluris, quã p

infantis

infantis magnitudine ẽ. Papauerculũ hoc mulieres uocant, colore cruentum, atq; admodum nigrum, & piceum est mox lacteum iam & albidum redditur. fugit enim confestim ubera infans, uocem anteq̃ egrediatur, nunq̃ emittit, etiamsi cum difficulter egreditur, caput extet, corpus intus sit totum. Quibus purgationes patrum anticiparint, difficilius liberant, sed si a partu purgationes parcius sequantur, nec largiq̃ primæ, neq; ad quadragesimũ diem perseuerauerint, efficitur ut muler ualidior sit & celerius possit concipere. Infantes autẽ primis quadraginta diebus, neq; rident cũ uigilant, neq; lachrimantur, sed noctu & q̃ quietem, urrumq; interdũ faciunt, nec uero sentiunt magna ex parte cum scalpuntur. Plurimam huius temporis partẽ dormiunt. cæterum in dies, quo subinde auctiores fuerint, eo magis ad uigilandum immutantur. Somniare etiam eos constat, sed sero meminisse possunt imaginum. Cæteris quidem animalibus, discrimen ossium nullum est, sed omnia perfecta, iam inde a natiuitate proueniunt. At pueris sinciput molle est, seroq; duratur et cum cętera animalia nascantur cum dentibus, pueri septimo mense dentire incipiunt. Primũ ędunt

ędunt

ꝯdunt primores,alíj ſnperiores prius,alíj, inferiores,deniqꝫ omnes maturius dentiũt quorum nutrices lac habent calidius

De aduentu lactis in muliere et malo pilari,deqꝫ lactis durati one Caput. .ii.

Poſt partum purgationeſqꝫ,lactis copia excitatur,& nõnullis effluit nõ ſolũ de papillis,ſed etiam paſſim per ubera, aliquibꝰ etiam per alas.eduranteqꝫ in poſterum globuli,quoties humor nõ coquatur, nec exat,ſed redundet,ubera enim tota fungoſa ita ſũt,ut ſi in poculo pilum forte hauſerit mulier, dolor moueat in mammis, quod malum pilarem appellant,nec ſedatur,donec pilus uel preſſuꝫ exeat ſponte, uel cum lacte exugatur. Seruatur lac donec mulier concipiat,tum deſinit atqꝫ extinguitur,tã in homine,ꝙ in quadrupedum uiuipero genere.Quam diu lac emanat, Purgationes magna ex parte nõ fiũt,magna inquã ex parte,quoniam iam quibuſdam lactantibus facta purgatio eſt. Sed enim natura ita fert,ne humor locis pluribus ſimul erũpere ſoleat,nam et mariſcas habenti, deteriores accedũt purgationes,et quod in nõnullis accidit.Cum delapſus humor a lumbis per annum excernitur antequam ute-

uterum

uterum ſubeat, idem euenit. Quibus dum etiam purgationes non fiunt, inciderit, uomitus ſecurius exigunt.

Pueros utplurimum ante ſeptimum diē conuulſione interire.

Caput. .12.

Solent pueri plurimi cōuulſione excipi, & præcipue corpulentiores, & lacte ueſcentes copioſiore, craſſioreq; , & nutricem lactentes ſucci plenam & corpulētam, nocet etiam ad hoc morbi gēus uinum magiſq; nigrum, q̄ album. Et quod min⁹ dilutum eſt, atq; etiam ex cibis, qui inflent, plurimi obſunt. Et ſi aluus ſubſtiterit, nocuum eſt. Plurimi ante ſeptimū diem intereunt. Vnde fit. ut nomina ſeptimo die imponātur, tanq̄ ſaluti iam pueri magis credamus, plenilunio etiam infeſtantur hoc malo periculoſius, & ſi a ſcapulis cōuulſio oriatur, in anguſto ſpes eſt.

Argentinæ per Henricum Sybold.
Menſe Decembri.
1537.

Toruń
BIBLIOTEKA ELBLĄSKA
Ob. 6. II. 3389

Biblioteka Uniwersytecka w Toruniu

STARODRUKI

Ob 6 L 3389-3390